nes male ⁊ peſſime. Et fit etiã perturbatio ītellectus ex diminutione proprie ſubſtantie cerebri. ſicut accidit illis qui uperflue vtuntur ſlõmia. Sed hoc eſſe videtur ex ſententia diuine ꝓuidētie. ¶ Et ſi qs dixerit reſpõdendo ꝙ ſenibus ſdimnuitur intellectus ꝓpter ipſoꝝ cerebroꝝ diminutionem ergo ī pueri ſm̄ iſtam rōnem ꝑfectionem ītellectum ⁊ meliorez multū habere deberēt oībus alijs etatibus. cum habeāt cerebꝝ ꝓportionaliter plenius. ⁊ non eſt ita. Rñ. ꝙ ſicut ſenibus diminuitur ⁊ deſtruitur intellectus ꝓpter paucitatem ſubſtātie ipſius cerebri. ita īfantibus vel pueris īpedit̄ ⁊ deſtruitur eoꝝ ītellectus ꝓpter multam admixtionez que fit in ſubſtantia eoꝝ cerebroꝝ ab humiditatibus preparatis ad applicationem ⁊ nutritionem ſubſtantie cerebroꝝ ipſoꝝ propter exuberantiam nutrimenti ipſorū. ⁊ in hoc tempore. ſeu etate auget̄ humiditas naturalis. ⁊ etiaz ſupfluitates. ⁊ propter hoc ꝓlongantur ſomni eoꝝ: ⁊ etiam ſuperfluitates que exeunt ex narib⁹ eoꝝ et ex corporib⁹ ſunt ī quātitate multa. Quare ſūmarie tibi dico ꝙ puer donec fuerit in hoc eſſe nō poterit eſſe perfecti intellectus donec fuerit completus. qm̄ ſicut membra eorum nō ſunt completa in menſura ⁊ quantitate. ita eoꝝ intellectus nō eſt cōpletus: donec veniant ad etatem perfectam. Sed quādo ſenibus accidit perturbatio intellectus ꝓpter diminutionem ſubſtantie cerebri. tunc cura poſſibilis eſt. Tamē rege eos ꝓpinādo eis amigdalas dulces ad comedēdū cum pane bene fermētato. ⁊ zucharo. qm̄ iſta augent ſubſtantiaz cerebri. ⁊ etiam vua paſſa eſt eis vtilis. quia impinguat epar. Et hic defectus qui fit in cerebro fit in parte anteriori. ⁊ ꝓpter hoc imaginatiua ſolum ꝓ maiori parte ſenibus deſtrui reperit̄. ⁊ īterdum etiā eis deſtruit̄ cogitatiua. quādo cōſumitur cerebꝝ qđ in media cellula exiſtit. ⁊ etiā memorialis quādo diminuitur ſubſtantia ipſius cerebri que ī poſteriori cellula collocatur. uare ad reſtaurandū hāc humiditatez. da eis amigdalas cū zucharo ſicut dixi. ⁊ vnge caput eius cum oleo amigdalaꝝ dulciū cui ſit admixta decima pars ipſius de oleo maſticino. eo ꝙ membra pricipalia nō ſuſtinent medicinas in qbus non ſint ea q̄ habent confortare: q̃zuis accidens egritudinis ea non requirat. quoniā intendere debes ad confortandū ⁊ fortificandū partem illā iu qua egritudo reperitur. Sed ex iſtis tribus partibus cerebri. poſterior citius exiccari deberet rōnabiliter propter ſui naturā ⁊ complōnem ceteris alijſ. Sed quia aer leuiter ad eam pertingere nō pōt. propter groſſitudinez ⁊ ſoliditatē oſſis cōtinentis ipſum. Et q̄ eſt omnino cōcluſum abſq̄ omni foramine ⁊ poroſitate. ideo minorem recipit deſiccationem. Sed pars anterior cerebri: eo ꝙ os eius continens ipſum eſt apertum ⁊ poroſum. ⁊ aer ad ipſum ꝑ anhelitum cito ꝑtingere pōt. ideo citius deſiccat̄. ⁊ etiam citius q̃z cerebrū quod in media cellula eſſe reperitur: eo ꝙ aer ad ipſum nō ita cito pōt peruenire nec ita leuiter. Et q̄ os cōtinens ip̄m ſimiliter eſt obtuſum ſolidum ⁊ abſq̄ poroſitate ſicut eſt os poſterioris partis cerebri. ideo lōginquū a ſiccitate eſſe reperitur. Et quando ſiccitas cerebri ſuperuenit in iſta parte anteriori. vel in alijs oībus partibus ſimul cura erit difficilis valde iuuenibus. ⁊ etiā alijs qui ſunt in maiori etate. q̃zuis ſit poſſibilis. Sed decrepitis eſt impoſſibilis omnino. vnde intendas in curatione iſtius partis vel omnium partiū cum medicinis ſupradictis. ¶ Sed attende ꝙ quando os cranei vel vbi os ipſius fuerit denſum ſolidum ⁊ abſq̄ poroſitate tunc vti debes fortioribus medicinis: eo ꝙ grauiter ⁊ difficulter poſſunt penetrare. Sed vbi inueneris craneum poroſum ⁊ non ita ſolidum: citius poſſunt medicine intus penetrare. Quare leuioribus indiges medicinis ⁊ debilioribus.

¶ Caplm̄. xvij. Quod eſt de humiditate que oritur in cellula anterioris cerebri ⁊ circa cerebrum.

Lias ꝙ humiditas ſubtilis que oritur in cellula anterioris cerebri ⁊ circa ip̄m eſt immenſi fetoris ⁊ ex illo intellectus perturbatur: ⁊ non poteſt infirmus caput ſuum ſuſtentare. ⁊ non loquitur niſi cum difficultate magna. ⁊ quando īterrogatur de aliquo tarde ⁊ pigre ⁊ cum perturbatione reſpondet. ⁊ pro maiori parte non intelligitur. ⁊ eſt abſq̄ intellectu. Et ego tempore meo vidi quendam cui ſuperuenit hec egritudo: ⁊ nulla medicina ei prodeſſe potuit ⁊ mortu⁹ fuit inde. Et hec egritudo multotiens accidit ouibus: ⁊ ouis illa que habet hāc egritudinem a paſtoribus dicitur matronia. Et cura huiuſ egritudinis eſt caput cauterizare ⁊ ſine dubio chirurgi multum errant cauterizantes omnes in capite quibus accidit perturbatio intellectus. et ſequitur inde maximuz nocumētuz: quoniam ſi cauſa egritudinis fuerit caliditas ⁊ ſiccitas vel caliditas ſolum: aut ſiccitas ſolum: aut fuerit cauſa ex diminutione ſubſtantie cerebri: conſidera quid inde contingere poteſt. Sed in hac egritudine ſine dubio cauterizatio eſt cura vtilior alijs quia deſiccat horribilem humiditatem. et eam extrahit ad partes exteriores. Et ſi poſueris in naribus ipſius ſuccum roſe canine. que arabice dicitur ſecaicanahamam multum confert. Et etiaz alia medicamina que a medicis aſſueta ſunt inijci in naribus faciendo caput purgari. ſicut eſt aqua ſicle: ⁊ aqua cucumeris agreſtis. ⁊ ſimilia. Et continuando has medicinas ⁊ rectificando regimē ipſius poterit liberari. ⁊ deſiccabitur inde humiditas illa nociua. ⁊ liberabitur deo dante.

¶ Capitulum. xviij. Quod eſt de ſcotomia que in arabico dicitur abſcedar.

Et accidit aliquando homini ꝙ ſtando ⁊ ſuperſedendo apparet ei ꝙ omnia circumuoluantur donec cadat. Et oritur hec egritudo ex vaporibus ſubtilibus et acutis cholericis aſcēdentib⁹ ſuperius per arterias ad cerebrum replendo ipſum. et accidit ſpiritui naturali motus malus. Et p̄dicti vapores aſcēdunt ſuperius propter amplitudinem arteriarum que tales a natiuitate exiſtunt. Quare predictis confert incidere arterias: que ſunt poſt aures. Sed ſi dicti vapores aſcendunt ꝑ arterias retis vel retine miraculoſe modicum inde ſequitur iuuamentum. Et ſi prouenerit dicta egritudo ex amplitudine aliarum arteriarum tunc confert inciſio predicte arterie. Et debet medicus infrigidare complexionem huius in frigidatione temperata. ſ. propinādo ei lactucas elixas ad comedendum. ⁊ ad potandum aquaz hordei cum agreſto: niſi ſtomachus fuerit immenſe ſenſibilitatis. ⁊ potabis euz etiaz aqua hordei. ⁊ aqua frigida cum aqua roſata. Et ab omnibus fructibus abſtineat. preterq̃z a medullis ſeminuz anguriarum et citrulloruz. que ei exhibere debes poſtq̃z cognoueris ꝙ dicti vapores ab humoribus cholericis fuerit generati. Sed illa que a ſtomacho procedit ad cerebrū poteſt ex humore vno oriri. vel ex pluribus ex quibus generātur vapores aſcendentes ad cerebruz. Et cura huius leuis ſatis exiſtit. ſ. purgando ſtomachum cum aqua infuſionis mirobalanoruz citrinorum. ⁊ ſcamonee et violarum. Et cōfert etiā hec decoctio. que purgat ſtomachū a cholera. ℞. ſeri lactis coagulati cum lacte fici librā. 5. ⁊ infunde in eo aur. iiij. corticis mirobalanorum citrinoꝝ ⁊ violaꝝ aur. v. Alchacar ſicci aur. v. et ꝑmaneant oīa ſimul in dicto ſero vſq̄ mane. et tunc colentur optime fricando et exprimendo: ⁊ in predicta colatura adde quartam partē aur. i. ex ſcamonea miſcendo ei aur. x. ſyrupi maſtic. ⁊. x. ſyrupi citonioruz da bibere ⁊ tardet cibū quouſq̄ compleuerit opus ſuum. Et ſi modicum aſſellaret ex dicta potione da ei ad bibendum de dicto ſero: expectando ſicut in alijs medicinis. et ciba eum pane optime fermentato cum pullis vel carnibus hedinis decoctis cū vino granatorum et agreſto. Et femine laudabiliores in hoc caſu exiſtūt maſculis. et ex ipſis adhuc meliores ſunt albe. et poſt que varie exiſtunt. Et aquā hordei bene preparatam cum aqua dulci eis ſimiliter conferre dicimus. Sed ſi dicta egritudo ex humoribus putridis orta fuerit. tunc hierampicram cum ſero lactis vtilem et ſufficientem eis eſſe dicimus. et etiam aloes ſolū cum ſero confert. ⁊ ſi ei miſcueris aliquid agarici erit melius. Sz

ſi pꝛedicta putredo i ſtomacho fuerit idē oꝛit̃ fetoꝛ oꝛis ⁊ ſcil
ſura labioꝝ: ⁊ eſt poſſibile ꝙ ex dicta putredine eueniat cere
bꝛo calefacio ſubita cũ hoꝛꝛibilibus cogitationibus. ⁊ pꝛo-
pter ĩpetuoſitatẽ ⁊ foꝛtitudinẽ accidẽtiũ impediunt̃ ſpiritus
animales in tantũ ꝙ vꝛere vident̃ ⁊ eleuant̃: ⁊ cõculcant̃ ſu
bito: ⁊ mouent̃ extraneis motiõibus ⁊ inde ſeqtur ſcotomia.
Et hoc multotiens vidim⁹ ꝙ quãdo alicui ſubito euenerit
aliquid quod immutet foꝛtiter ſpiritum animalem ꝙ illud
facit euenire ſcotomiam. Et cura huius eſt cura pꝛeſcripta
faciendo eũ odoꝛare roſas cũ mirtella madefactas in aqua
roſata. qm̃ liberabitur cum adiutoꝛio dei.

❡ Capl'm. xix. Quod eſt de doloꝛe totius capitis qui qui-
dem in arabico dicitur baidda.

Et doloꝛ foꝛtis qui accidit in capite aliquãdo eſt
cõtinuus. ⁊ aliquando eſt cũ interpollatione ha
bens paroxiſmos. Et q habet ip̃m non poteſt ſu
ſtinere voces ⁊ vociferationes foꝛtes pꝛopter de-
bilitatẽ nerui audibilis. ⁊ pꝛopter debilitatẽ etiaꝫ totius ce
rebꝛi: ⁊ ſine dubio tales voces excitant doloꝛẽ. Et non mire
ris ꝙ quãdo doloꝛ foꝛtis eſt i aliquo mẽbꝛo augetur ex foꝛ-
ti voce. Et cauſa huius eſt aer motus a foꝛti voce q percu-
tit mẽbꝛũ doloꝛoſum: ⁊ inde doloꝛ augetur. Et hec eſt opi-
nio Gali. etiã in egreditunibus oculoꝝ. cui qdã in hoc ob-
uiauerũt. medici vero minime: immo ſentẽtijs ipſius totali
ter adheſerunt. Et q habet hunc doloꝛẽ ſimiliter nõ poteſt
aſpicere in magno ſplẽdoꝛe eo quia ſicut neruus per quem
auditus ad cerebꝛũ tẽdit nõ poteſt foꝛtẽ ſonum ferre: ita ner
uus opicus per quẽ ſpecies viſibilis venit ad oculũ non po
teſt magnũ ſplẽdoꝛẽ ⁊ lumen ſuſtinere: eo ꝙ quãdo tam foꝛ
tis doloꝛ eſt in toto capite: impoſſibile eſt quinetiã oculi nõ
ſentiant. Remanet ergo nobis iquirere vbi ⁊ i quo loco ſeu
parte capitis iſte doloꝛ ꝓncipaliter exiſtat. ⁊ abſqꝫ dubio di
ctus doloꝛ inuẽtus ẽ in panniculo q ſub craneo moꝛat̃. i. du
ra matre vel in illo qui eſt poſt iſtũ circundans cerebꝛũ. i. in
pia matre: ⁊ quando in aliquo dictoꝝ eſt doloꝛ nõ poteſt fer
re vocẽ magnã nec lumen intenſum. Reſtat adhuc ſcire qd
ſit doloꝛ. ⁊ cauſa eiuſdem. Jam ergo declaratum eſt ꝙ do-
loꝛ nil aliud eſt q̃ꝫ ſenſibilitas cõtrarie qualitatis exiſtentis
i mẽbꝛo. quare cũ pſeuerauerit ꝑducet ad ſolutionẽ ꝯtinui
tatis. Et ſolutio ꝯtinuitatis accidit aut ꝑꝑ extrinſecã. ſicut
inciſio enſis vel percuſſio facta a re aliqua: aut ex ꝯtuſione.
Et poteſt etiam eſſe ſolutio continuitatis ex extenſione vali
da facta a ſuperflua repletione. aut ex ventoſitate vapoꝛoſa.
Et ſi ventoſitas dicta vapoꝛoſa facta fuerit a frigoꝛe. poteſt
etiam ex eadem doloꝛ fieri foꝛtis: eo ꝙ quelibet res que ha-
bet ſubtilem nãm pungit: q̃ꝫuis ſit frigida. Et tu ſcis ꝙ va-
poꝛ natura ſui ſubtilis exiſtit. ⁊ hac de cauſa pꝛouenit ſolu-
tio continuitatis: ſicut apparet in rebus extrinſecis: ꝙ quã-
do extenduntur foꝛtiter vltra debitum laniantur ⁊ rumpun
tur. Et acuta etiam qñ recipiuntur ſunt cã ſolõnis ꝯtinuita
tis. Et argilla ſimiliter ſeu terra malaxata optime cum foꝛ-
ti aceto. ⁊ exterius epithimata ſoluit continuitatem cutis.
Et etiã ſiccitas cũ i coꝛpoꝛe ſuperflue exuberauerit cũ modi
ca extẽſione illud idẽ leuiter facere poteſt. Et qñ frigiditas
ſuperauerit in tantum ꝙ congeletur membꝛuꝫ ⁊ induretur
ſequitur inde ſolutio continuitatis. Et etiaꝫ ex rebus calis
⁊ acutis receptis per os vel exterius emplaſtratis: fit ſolutio
continuitatis: ſicut ex ſinapi ⁊ tapſia: quia ex ſua ſubtilitate
pꝛofundantur: ⁊ coꝛrodunt ⁊ ſoluunt continuitatem. Et noſ
videmus ꝙ acetũ q̃ꝫuis id quod in ſua complõne domina
tur ſit frigiditas ſicut dicit Gali. frangit vtres ⁊ ꝑfoꝛat eos:
⁊ rumpit vegetes. Et ſit etiam ſolutio continuitatis ex coa-
gulatione ſicut cera ⁊ pix. quia quando ſunt coagulata frã
guntur ex leui extenſione vel a percuſſione ab aliqua re du-
ra. Sequitur ergo ꝙ iſte dolo tam difficilis ⁊ foꝛtis ſenſibi
litatis eſſe non poteſt niſi a ſuperflua repletione ⁊ extenſione
exiſtẽte in membꝛo valde ſenſibili. ſicut eſt dura mater ⁊ pia
mater. Et quando fuerit ex vapoꝛe frigido ibi recepto: doloꝛ
erit validus atqꝫ grauis. Et ſi fuerit ex calido vapoꝛe exiſtẽ
te in locis pꝛedictis leuiter illum cognoſcere potes: eo ꝙ do
loꝛ erit acutus valde ⁊ moꝛdicatiu⁹. Et tactu etiam ipſum
cognoſcere potes. Et ſignum illius qui ſit a frigiditate vel
a vapoꝛe frigido eſt quia infirmus delectatur in appoſitio-
ne rerum calidarum actu ⁊ potentia ſuper caput: ⁊ videtur
inde recipere iuuamentum ⁊ ſentit in capite doloꝛẽ magnũ
cum grauedine ⁊ ponderoſitate: atqꝫ moꝛdicatiõe ⁊ puncti-
one. Et qui ſit ex caliditate eſt doloꝛ difficilis atqꝫ foꝛtis cũ
punctione ⁊ moꝛdicatione. ❡ Et cura generalis iſtius do-
loꝛis eſt rectificare regimen ipſius comedẽdo oꝛdinate et de
bitis hoꝛis. Q: ſi fuerit dictus doloꝛ ex repletiõe cũ grauedi
ne cura eius pꝛopꝛia eſt flebotomia. conſiderando tempus:
etatem: conſuetudinem: regionem: ⁊ complexionem. Et qui
fuerit ex vapoꝛe frigido: curatur vapoꝛando caput cum ſti-
cados. ⁊ ſi fuerit ex calido confert ei bibere aquam roſatam
confectam cum pſilio integro: quoniam medici pꝛohibent
piſtationem eius. Q: ſi fuerit pꝛedictus doloꝛ ex repletione
multa ſanguinis: flebotomandus eſt ex cephalica. Et ſi ex
arteria flebotomaueris: longe melius erit: ſed ſcire debes ꝙ
ſanguis ille cum magna difficultate retinetur ⁊ ſolidatur: et
pꝛopter hoc tecum habere debes ea que habent ſanguineꝫ
foꝛtiter retinere: ſicut ſunt pili lepoꝛis minutiſſime inciſi mi
xti cum albumine oui ⁊ gypſo: aut folia mirte ſubtiliter pul
uerizata cum pſilio integro mixtis cum aqua roſata: ⁊ po-
nere ſuper locum ſimiliter ſtringit. Et cum vis incidere ar-
teriam: ipſam ſtringe verſus radicem ſui: ne ſuperflue ſan-
guis exire poſſit. incidendo eam cum re frigida. ⁊ non cum
igne. Et ſi cognoueris flegma cum ſanguine abundare. fac
eum vti exercitatione temperata cibando eum cibis decli-
nantibus ad caliditatem temperatam ⁊ ſiccitatem: ſicut ſunt
turtures ⁊ paſſeres. ⁊ his ſimilia. Abſtinendo ab ouis ⁊ pi-
ſcibus: ⁊ a panata que in arabico dicitur caride. ⁊ ab aqua
frigida valde: ſed quãdo vis eam pꝛopinare miſcere debes
cum ea aliquid mellis vel zuchari: aut rob vue paſſe deco-
ctum vſqꝫ ad ſpiſſitudinem mellis faciendo vt recipiat eam
tepidã. Et ſi cognoueris manifeſte ꝙ dictus doloꝛ a vapo-
ribus calidis pꝛocedat: incide arteriam inciſione frigida: fa
ciendo eum abſtinere ab omni re calida. ⁊ ciba eum galli-
nis elixatis in aqua cum modico olei ⁊ ſalis ⁊ aceti. Et po-
tes etiam eam coquere cum cucurbita: non ponendo galli-
nam cum cucurbita: niſi poſt decoctioneꝫ cucurbite. Et po
teſt etiam decoqui cum ſucco granatoꝛum. ⁊ fac eum mul-
totiens odoꝛare mirtellam cum ligno aloes ⁊ ſandalis. et
purga eum cum ſero lactis coagulati cũ lacte fici addendo
ei aliqd ſcamonee. Et cũ fuerit purgat⁹ nũera ſellas ⁊ quot
vicib⁹ aſſellauerit: tot dieb⁹ qeſcat poſt purgationẽ. ⁊ poſt-
modũ facies eũ vomere: ⁊ poſt vomitũ iteꝝ eũ purgare de-
bes. Et iã ſupius declarauim⁹ loca q̄ apta ſũt recipere hũc
doloꝛẽ: q̃ꝫuis videat̃ ꝙ doloꝛ i oſſe exiſtat. Et qũo hoc eſſe
poſſet. cũ ſm opinionẽ quoꝛũdã os omnino careat ſenſu.
Et ego dico ꝙ ſi aliqd hꝫ os de ſenſu. ẽ valde groſſuꝫ. ⁊ ꝑꝑ
hoc ipoſſibile eſt ꝙ illic doloꝛ ꝑcipiat̃. ⁊ iã iuenim⁹ Galiẽ.
dixiſſe q̄ adinuicẽ ſunt oppoſita. quãdo dixit ꝙ oſſa omni
no ſunt abſqꝫ ſenſu. ⁊ alibi dicit ꝙ dẽtes habẽt ſenſũ. ⁊ nõ
groſſum. imo valde intenſum. Et opinio magnoꝝ medico
rũ eſt ꝙ ſenſus nõ ſit in aliquo mẽbꝛo. niſi inueniat in eodẽ
per neruos ſubtiliſſimos diuiſos. ⁊ cõtextos ibidẽ. Quare
cum oſſa non videant̃ habere talem texturã neruoꝛum. ſen
ſum habere non debent. Et ergo ſicut cerebꝛum mittit vir-
tutem ſenſibilem per neruos oĩbus membꝛis. ita epar ſua
virtute naturali mittit nutrimentum per venas omnibus
membꝛis. ⁊ ſi oſſa ideo carent ſenſu: quia nerui in eiſdem nõ
ſunt diuiſi ⁊ contexti minutiſſimi: vt capilli eadem ratione
omnino abſqꝫ nutrimento ⁊ augmẽtatione eſſe deberent cũ
vene capillares diuiſe in eis non reperiãtur: neqꝫ virtus na
turalis foꝛtioꝛ eſſe reperitur in introitu membꝛoꝛum q̃ꝫ ani
malis: immo animalis valde foꝛtioꝛ iudicatur. Et tu vides
ꝙ oſſa q̃ꝫdiu ſunt in coꝛpoꝛe animato permanent ſine pu-
tredine ⁊ coꝛruptiõe: ⁊ etiã omnes cartbillagies. ⁊ cũ pꝛima

tur corpus a vita:corrumpuntur oīno. Ergo quid eſt illud
quod ꝯſeruat oſſa in corpore aīato a putredine. Nō poteſt
negari quin illud ſit ſpiritus vitalis procedens per arterias
ad omnia mēbra que arterie in mēbris ipſis minutiſſime di
uiduntur.⁊ eodem mō oſſa recipiunt nutrimentū ꝓpter vici
nitatē venaꝝ nō pulſatiliū. Quare ergo hac eadem rōne et
via non poſſunt recipere ſenſum oſſa ꝓpter vicinitatem ner⸗
uorū.ſed naturaliter oſſa inq̄ꝫtum ſunt oſſa multe exiſtunt
ſiccitatis.⁊ ꝓpter hanc ſūt groſſi ⁊ debilis ſenſus: ⁊ apparet
hoc in plantis pedū ruſticoꝝ:q: q̄ꝫuis lente ⁊ debiliter reci⸗
piant ſenſum:tamen non oīno a ſenſu priuantur:quoniā vi
des ꝙ qñ aliquid ex ipſis inciditur ferro q̄ꝫuis non ſentiāt
dolorem:de quo ſit curandū:tamē ſenſum habere proban⸗
tur. Et quia oſſa duriora ⁊ ſicciora exiſtūt plantis pedū ru⸗
ſticorum:ideo lentius ⁊ tardius ⁊ groſſiori modo ſenſuꝫ per
cipiunt. Et ſi aliquis dixerit ſcriptū eē ꝙ oſſa careāt ſenſu.
dicimus ꝙ illud dictū eſt eo modo quo dicitur quādo ali⸗
quis habet collum breue:ꝙ careat collo:⁊ ꝙ qñ aliquis hꝫ
debilitatē viſus ꝙ careat viſu. Et iſta q̄ dixi dico ſm meaꝫ
exiſtimationē ⁊ intellectū:⁊ eſt veritas oīno:⁊ inueſtigare h̄
per viam experimenti in aīalibus eſt difficile valde: qm̄ qñ
in aliquo mēbro inueſtigando ꝓcedes:incides primo carnē
⁊ poſtmodum neruos:demū pelliculam q̄ coopit os.⁊ ſcire
debes ꝙ oīa iſta acutiſſimi ſunt ſenſus.ergo cum peruenit
ad oꝫ incidēdo vel raſcādo:qūo ſentire dꝫ cū ſit debiliſſimi
ſenſ⁹:⁊ hoc certiſſime ſcire debes auctoritate hypocratis:ꝙ
qñ duo dolores ſimul fiunt:maior denigrat alteruꝫ.⁊ abſqꝫ
dubio oſſa habēt ſenſum q̄ꝫuis modicū:⁊ qūo nō dꝫ occul
tari dolor in oſſe cū ſit debiliſſimi ſenſus:poſt imediatā ici⸗
ſionē factā in carne neruis ⁊ pelliculis q̄ ſūt mēbra tāti ſen
ſus.certe ſic eē dꝫ abſqꝫ vlla dubitatione.

Capitulum.xx. Quod eſt de emigranea que in arabico
dicitur ſechichia.

Migranea eſt egritudo capitis in qua dolor cō⸗
prehendit mediā partem capitis.quare ſcire de⸗
bes in qua parte ſit egritudo ꝑdicta. Et ſcire de
bes ꝙ eſſe nō poteſt in aliq̄ parte capitis niſi in
panniculo q cooperit craneum exteri⁹:vel in illo qui eſt ſub
ipſo:q dicitur dura mater:aut in illo q eſt circūdans cerebꝝ
qui pia mater noīatur. Et differētia que eſt inter iſtā egritu
dinē ⁊ preſcriptā que dicitur baidda:eſt ꝙ illa eſt in toto ca
pite.iſta vero ſolū mediā retinet partē. Et oritur hec egritu
do:aut a vētoſitate calida:aut ex repletione ſupflua. ⁊ que
ex ventoſitate calida ꝓcedit:fit ſubito ⁊ cū extenſione forti:⁊
ſentit ifirmus acuitatē humoris. vñ reſoluitur vapor in lo⸗
co in quo eſt.ſꝫ ſi fuerit ex repletione:ſentiet ifirmus graue⸗
dinem in loco cū rubedine oculoꝝ ⁊ faciei.⁊ pōt etiā eueni⸗
re ab humoribus exiſtentibus in ſtomacho a quibus vapo
res ⁊ fumoſitates reſoluuntur qui ad caput aſcendunt:⁊ ibi
ꝑcipitur incendiuꝫ ⁊ mordicatio valida. Et phlebotomiaq⸗
dem confert.quādo fuerit ex repletione ⁊ infrigidatio cor⸗
poris etiam cum rebus notis preſcriptis. Et ciba eum pul⸗
lis ⁊ gallinis decoctis cum ſucco granatoꝝ acetoſoꝝ. Et po
tet aquā hordei:⁊ abſtineat oīno ab oībus ꝓcreantibus fu⸗
mos vel vapores acutos:ſicut eſt vinum coctum ⁊ vinū paſ
ſularum ⁊ ſimilia. Et abſtineat etiā a pomis granatib⁹ dul
cibus:qm̄ cito in cholerā vertuntur.⁊ ſic eis non modicuꝫ
nocere videntur. Et quādo dicta egritudo ex repletione fue
rit ſola phlebotomia aliqñ pōt liberare. Sꝫ qñ cā fuerit ex
ſupabundantia calidoꝝ humoꝝ exiſtentium in ſtomacho a
qbus vapores ſuperius ad caput aſcendunt. Cura eius pro
pria exiſtit euacuare illos cum laxatiuo ꝯuenienti : aut cum
vomitu leui:⁊ ſufficit hec purgatio. ℞.mirobalanoꝝ citri⸗
norum ⁊ chebulorum ⁊ indoꝝ.⁊ violarum.⁊ nenufar. añ.
aur.x.conquaſſentur optime.⁊ ponantur in feruenteꝫ aquā
per noctem vnā.⁊ in mane colentur exprimēdo fortiter.⁊ il
li colature adde quartam partem aurei vnius ex ſcamonea
rita.ʒ.i.ſyrupi acetoſi.ʒ.i.ſyrupi facti ex cor.citroꝝ.⁊.ʒ.i.
ſyrupi maſticiui:⁊ ꝓpina ei ad bibendū.⁊ ſi nō purgabitur
ſufficiēter:da ei ad bibendū de ꝑdicta colatura:ſolū regen⸗
do eū ſicut ꝯuenit medicamini:dando ei in cibis ſi ſupera⸗
bundauerit humiditas in ſtomacho que habeant eā exicca
re ꝓut tibi videbitur ꝯuenire.dādo ei ſemꝑ poſt cibū aliqua
ſtiptica ꝯfortātia ⁊ ꝯuenientia ſtomacho vt ſunt pyra aſſata
vel cytonia:vel alia ſimilia.

Tractatus.x.de egritudinibus colli.⁊ eſt continens ca
pitula decem ⁊ octo.

Cũ ſcias ꝙ collum cōpoſitum eſt ex membris
ſimplicibus ⁊ compoſitis. ⁊ ipſa officialia
compoſita ſunt ex conſimilibus:⁊ inquan⸗
tum collum compoſitum eſt ex conſimili⸗
bus eueniunt ei egritudines conſimiles: et
inq̄ꝫtum collū ꝯpoſitum eſt ex officialibus
mēbris eueniūt ei egritudies officiales. Et nos itendimus
dicere egritudies q̄ poſſunt ei euenire.

Capitulū.i. Quod eſt de oppilatione.

Hec quidem egritudo.ſ.oppilatio accidere poteſt
in venis:neruis:⁊ in ipſa nucha. Et cura huius
eſt manifeſta.ſ.cum rebus aperitiuis ⁊ ſubtiliati
uis humoꝝ.⁊ hec cura eſt generalis oppilationi
bus omnium membrorum.

Capitulum.ij. Quod eſt de relaxatione.

Hec quidem egritudo accidit in collo maxime ac
cidentalr.ſ. ꝓpter apoſtema qꝺ fit vel orit in nu
cha:⁊ inde ſequitur ſub ap̄ate relaxatio omni⸗
um membrorum gñaliter.⁊ ſi fuerit ap̄a magnū
valde:vel forte iterimit ſubito. Sed ſi fuerit ap̄a paruū cuꝫ
modico dolore ⁊ tumore:nō inde efficitur relaxatio.⁊ ſi apo
ſtema cū tumore factum fuerit ſolū imediate nuche priuabi
tur inde ſenſus ſolū in media parte corporis.ſ.expoſito: ſed
motus remanebit in parte apoſtematis.quare talibus i pri
cipio conſulimus fieri phlebotomiā ſi virtus fuerit ſuffici⸗
ens:⁊ poſtmodum inungere locū cum coto madefacto in
oleo roſato tepido multotiens:⁊ ipſum cotū ſic madefactū
per totam noctem deſuꝑ tenere vſqꝫ mane. Et eſto cert⁹ ꝙ
ſi ꝯfirmabitur apoſtema deueniet infirmus ad priuationeꝫ
ſenſus ⁊ motus:vt ſupra dictuꝫ eſt. Et ſcire debes ꝙ opinio
quorūdā antiquoꝝ medicorum fuit:ꝙ priuatio ſenſus vel
motus:vel vtriuſqꝫ ſimul nō fit:niſi ex frigiditate ſolū. Sꝫ
nos dicimus ꝙ poſſibile eſt priuationeꝫ ſenſus ⁊ motus fie
ri in corpore temperato:⁊ etiam in illo cui caliditas modicū
excedit ⁊ abſqꝫ dubio egritudo hec euenire poteſt ex diuer⸗
ſis cauſis:⁊ etiam ex frigiditate.

Cap.iij. Quod eſt de ſpaſmo.

Et fit qdem ſpaſmus in collo ſicut in alijs mem
bris accidere cōſueuit.et eſt duaꝝ ſpecieꝝ.ſ.ex ſic
citate ⁊ humiditate:⁊ ſpaſmus qui fit ex ſiccita⸗
te poſſibile eſt vt accidat ſucceſſiue ⁊ paulatiue:
⁊ poſſibile eſt ꝙ fiat ſubito ꝓpter intēſam euacuationē hu⸗
miditatū factā ſubito. Scđ ſpaſmus qui fit ex humiditate:
ſemꝑ ſubito hꝫ ꝓuenire:⁊ hui⁹ humiditatis ſunt due ſpēs:
vna qdē q̄ non ꝯuertitur in vaporē:ſꝫ remanet ſic ifuſa i ner
uo.vñ igroſſatur:ꝯtrahitur:⁊ abbreuiatur:⁊ ſic ſpaſmus effi
citur.⁊ ē ēt alia humiditas:ex qua reſoluitur vapor : ⁊ inde
ſpaſmus efficitur:eo ꝙ mēbꝝ qꝺ ferre poterat dictam hu⸗
miditatem anteqꝫ cōuerteretur in vaporē:poſt ꝯuerſionem
ei⁹mime pōt eā ſuſtinere.quare inde ſpaſm⁹ hꝫ deuenire.⁊
ſiqs nobis obijceret dicēs:ꝙ in eadem hora in qua humi⸗
ditas reſoluitur in vaporem.dolor ide percipi deberet:⁊ nō
ſentimus illum.dicimus ꝙ vapor donec in motu exiſtit ꝓ
maiori parte non facit dolorem:niſi figatur:quoniam ſi va⸗
por fuerit acutus ⁊ mordax:nō tamen ex eo percipitur do⸗
lor:ſed incendium ſolum ⁊ mordicatio inde habet proueni⸗
re. Sed ſpaſmi qui fit ex ſiccitate:cura eſt generaliter hume
ctare corpus totum:⁊ ſpecialiter membrum ſpaſmatum. et
ſi fuerit ex humiditate purgabis eum cum hierapicra: ⁊ ſi⸗
milibus.⁊ vnge locum cum oleo de iaſemini ⁊ camemilli⸗
bo.⁊ oleum de lilio eſt medicamen proprium ſpaſmo q fit

ex humiditate:⁊ ſi fuerit dicta humiditas in vaporem con-
uerſa:⁊ inde factus ſit ſpaſmus:purgabis cum cum medici
nis predictis: ⁊ vnge locum oleis predictis addendo eis
hyſopum recentem.

¶ Cap.iiij.Quod eſt de tremore.

Ec egritudo oritur in collo ſicut in alijs mem-
b bris:⁊ eſt pugna ⁊ temptatio victorie:que fit in
ter põderoſitatẽ mẽbri ⁊ virtutẽ quã deus pre-
ſtauit motui mẽbroꝝ aialiũ qm̃ qñ dominatur
grauedo ⁊ põderoſitas mẽbri ſupra virtutẽ ipſius inclinat
inferius:⁊ ſi virtus preualebit põderoſitati ⁊ grauedini ele-
uabitur ſuperius.⁊ ſunt duo motus qui fiunt ſucceſſiue:⁊
iſti motus diuerſi cũ coadunantur ſimul dicuntur tremor.⁊
collũ quidẽ ꝑparatum eſt recipere tremorẽ ex qualibet leui
cauſa adueniente v̓tuti motiue propter grauedinẽ ⁊ ponde
roſitatem capitis:qm̃ caput pre ceteris membris hoīs gra-
uius ⁊ ponderoſius exiſtit. Et ſcias ꝙ tremor accidit aut
poſt egritudines:aut poſt euacuationẽ ſuperfluã aut ab ex-
trinſeco ꝑꝑ frigiditatẽ aeris:aut ꝑꝑ percuſſionẽ: aut ex vul
nere adueniente capiti ꝯſolidato aut nõ conſolidato. ex qui
bus v̓tus motiua debilitat̃.vñ fit tremor. Et capita leporuꝫ
elixata cũ aqua ⁊ ſale ⁊ oleo roſa. comeſta iuuãt mirabili-
ter:ſicut experimento ꝓbatur:⁊ hoc iuuamentũ faciũt virtute
diuina in hac egritudine que v̓tus dicit̃ v̓tus occulta:ſeu a
tota ſpẽ. Et iam aliqui veteres conati ſunt loqui ſuper hac
virtute:⁊ ego dico ꝙ ipoſſibile eſt ſcire certitudinẽ ipſi᷒:qm̃
intellectui humano adeo ſublimi ⁊ glorioſo ipoſit᷒ eſt termi
nus vltra quẽ impoſſibile eſt ipſuꝫ ꝑtrãſire. Et o q̃ꝫ bene di
xit Gal'.qñ dixit ꝙ iſta ſcire ꝑtinet ad ſolũ deum altiſſimuꝫ
⁊ oipotentẽ q̈ꝛ videm᷒ ꝙ medicamina vlcerũ:pulmõis:⁊ pu
ſtularum ipſius in hoc mundo reperiũtur:⁊ nos ipſa igno
ramus:tamẽ pecudeſ ipſa cognoſcũt:qꝛ quãdo aliqua ouis
hꝫ vlcus in pulmone ſeparat̃ ab alijs:⁊ vadit querendo res
Et dicunt paſtores ꝙ ipſa querit herbã vel herbas ad co-
medendum:⁊ in cõtinenti poſt comeſtionẽ liberatur a vul-
nere liberatione ꝑfecta.⁊ ego iam vidi in pulmonibus pecu
dum ſigna ſolutiõis cõtinuitatis cũ cõſolidatiõe itegra ⁊ ꝑ-
fecta:⁊ nõ cognoui nec cognoſco herbã illaꝫ huc uſq; neq;
etiam aliqui ex ꝑ̄deceſſoribus noſtris ipſam cognouerunt.

¶ Syrupus conferens tremori ⁊ confortat oia mẽbra:⁊ ca
put proprie. ℞.rubee tictoris ſticados:⁊ corticis citri: ⁊ cor
ticis exterioris fiſticorum añ.ʒ.i.thuris puri:maſticis ⁊ ro
ſarum ana aur.v.⁊ liquiricie pondus quarte partis omniũ
predictorũ.conquaſſentur omnia ⁊ infundantur omnia pre
ter maſtic.in.xv.libris aque feruentis ꝑ noctẽ vnã. poſtea
adde maſticẽ:demũ bullias lento igne ponendo cũ ꝑ̄dictis
ad bulliendũ aur.i.puri auri.⁊ bulliãt vſq; ad ꝯſumptio
nẽ medietatis.⁊ cola optime exprimendo.in dicta colatura
pone libras.v.ſyrupi facti cũ decoctiõe corticis citroꝝ ⁊ ȝu
caro decocti ad ſpiſſitudinẽ ⁊ libraꝫ vnã mell' diſpumati: ⁊
bulliãt ſil' vſq; ad ſpiſſitudinẽ ſyrupi.⁊ bibat ex iſto ſyrupo
patiẽs oi mane.ʒ.ij.cũ.v.ʒ.aque i qua extinctũ ſit ferrum
purũ mundũ ⁊ limatũ:⁊ oio abſq; erugine.⁊ euentatuꝫ ab
oi cinere.ſeu puluere vel ſordicie.q̃ ꝯſueuit ferro adherere:⁊
tãdiu dꝫ ipſuꝫ calefieri ⁊ in ipſa aq̃ extingui.donec aq̃ me-
dietas ꝯſumat̃.⁊ poſtmodũ colet̃.et cũ ipſa ſyrup᷒ dꝫ diſtẽ
perari. Et inunge nuchã et collũ deſcendẽdo iferi᷒ ꝑ ſpinã
vſq; iferius cũ oleo de ben aromatiȝato.et ſi nõ iuenis illd
q̃ꝫuis nõ ſit ita vtile facias cuꝫ oleo ſinapis. Et eſt neceſſe
medico cõſiderare et ſubtiliter attẽdere oia iſta.ſ.cõpl'oneꝫ
patientis.etatẽ.tẽpus.regionẽ.et cõſuetudinẽ.et regimen
eius tpe ſanitatis.i.ſi homo laborioſus ſit et aſſuetus pati
vigilias.aut nõ et ẜm q̃ꝫtitatẽ coadunatiõis ꝑ̄dictoꝝ facere
dꝫ medicus ꝓut meli᷒ ſibi videbit̃ ꝯuenire.addẽdo vel di-
minuẽdo. Et ſcire d̄bes qđ differẽtia eſt inter cibũ et medici
nã:eo ꝙ medicinã menſurare debem᷒ ẜm tp̄s etateꝫ ꝯpl'onẽ
et cõſuetudineꝫ.et regioneꝫ.et egritudinẽ.ſed cib᷒ minime
ſic eſt menſurãdus:qm̃ ſi ꝯplo cibi elõgata fuerit valde a cõ
plexiõe patiẽtis.q̃ꝫuis talis cibus frãgat ꝯpl'oneꝫ et cãꝫ egri
tudinis.tñ inde corp᷒ nõ recipit nutrimentũ. ſed expellitur
cũ fecib᷒ et ſuꝑfluitatib᷒.quare opꝫ vt cibus ſit cõplexiõis
equalis:neq; eũ cõuertere debes ad oppoſitũ cãe facientis
egritudinẽ.v̓bi gratia.vt ſi ſit ſenex frigide cõpl'onis et i tẽ
pore frigido.et nõ aſſuetus labori et exercitio et cibes cum
cibis calidis.nõ ide recipiẽt nutrimentũ mẽbra ſua.immo
repudiabũt. Et ſi quis dixerit ꝙ mel eſt cib᷒ calidus et ſeni
bus laudatus.dicim᷒ ꝙ q̃ꝫuis ſit calide ꝯplexionis: nõ tñ
multũ i caliditate excedit.et nõ calefacit corp᷒ niſi itantum
q̃ꝫtũ recipit de caliditate a corꝑe:eo ꝙ nõ multũ elõgatur a
ꝯpl'one naturali corporis niſi itãtũ decoq̃ret̃ ꝙ ei᷒ ſapor ad
amaritudinẽ deueniret:et tũc mẽbra ſenis:et etiã aliorũ nõ
recipient nutrimentũ. Mel autẽ cũ ſit dulce non multũ elõ
gatur a cõplexiõe equali.et ſenex eſt aial.et inq̃ꝫtũ eſt aial.
habet caliditatẽ actualẽ.mel vero cum ſit calidum eius ta-
men caliditas eſt potentialis.et caliditas animalis eſt ma-
nifeſta:et mellis caliditas eſt occulta.et propter hoc nutrire
poteſt. Res autẽ q̃ excellenter calida exiſtit neq; preſtat nu
trimentũ ſenib᷒ neq; alijs. Et etiam ſi iuuenes qui calidas
patiunt̃ egritudines nutrire volueris rebus frigidis in ex-
ceſſu:non inde nutrientur:imo repudiabuntur talia a natu
ra ſui corpis:q̃ꝫuis talia cauſe egritudinis ſint ꝯtraria: quo
niã ſi talẽ infirmũ nutrire volueris folijs mandragore:non
reſtaurabit̃:neq; nutrietur aliqd ex eis. Sed in lactucis eſt
res laudabilis valde:qꝛ q̃ꝫuis eius frigiditas fortis exiſtat
eius tñ ſuƀa non eſt groſſa:quare cito a corpore incipit paſ-
ſionem:⁊ oia que hic diximus:ſint tibi in memoria in oib᷒
alijs egritudinibus tanq̃ꝫ neceſſaria.

¶ Cap.v.Qđ eſt de egritudinibus ſpõdiliũ colli.

ccidit ſpondilibus colli vt recipiant humores
a viſcoſos:mucillaginoſos qui diuidunt̃ ⁊ ſpar-
guntur inter coniũctionẽ ipſoꝝ ſpõdiliũ. ⁊ acci
dit ex hoc ꝙ ipſa ſpõdilia profundent̃ intrinſe-
cus vel extrinſecus ꝓmineant. Et qñ exterius prominent le
uis tũc cura exiſtit:qꝛ ide nucha nõ recipit leſionẽ.ſed qñ in
trinſecus profundantur:tũc necẽ iducunt: qꝛ inde ſequitur
ſquinantia peſſima ⁊ mortifera.⁊ qñ a medico cã talis co-
gnita ꝑfecte fuerit:purgare dꝫ corpus gñaliter ab hoc hũo-
re:⁊ hoc facere poterit cuꝫ colloquintida ⁊ bdelio:quia ſunt
optima in hoc caſu . Et ſtude in exiccando illum humo-
rem diſſoluendo ipſuꝫ. Et pone ſuꝑ ſpõdilia colli puluereꝫ
gariofiloꝝ:⁊ macis mixtũ cũ vino ad modũ emplaſtri: ⁊ li-
ga deſuꝑ:⁊ da ei ad deglutiendũ ea que ſint lenia aliquan-
tulũ groſſa:ſicut eſt mica panis optime fermẽtati:⁊ ſimilia.
Et fac eũ ſternutare iclinato capite.qm̃ ide recipit iuuamẽ-
tum. Et in ſũma dico ꝙ cura iſtius egritudinis ẽ primo cor
pus totũ euacuare gñalr ab hũore:⁊ ſpãlr ſeu particulariter
maſticãdo grana catapucie expuẽdo exterius ſlã qđ ide ex-
ierit ab ore:⁊ deſiccando humorẽ:ſeu ꝯſumendo. ponendo
deſuꝑ emplaſtrũ ꝑ̄dictũ ex macis: ⁊ gariofilis diſtẽperatis
cũ vino:⁊ ſtude paulatine ad redeundũ ſpõdile:vel ſpondi-
lia ad locũ ſuũ naturale:cognoſcendo ꝙ hec egritudo natu
raliter ꝑiculoſa eſt valde ⁊ feſtina. Et ꝑꝑ hoc ſtudioſus eſſe
debes in cura:preſtando remedia abſq; dilatione.

¶ Cap.vi.Qđ ẽ de diſlocatione ſpondilium colli.

Iſlocant̃ hec ſpondilia:aut verſus parteꝫ dex-
d trã:vel verſus ſiniſtrã. Et hec diſlocatio ẽ valđ
grauis:⁊ inde accidẽtia fortia ⁊ difficillima cõ-
ſequuntur.⁊ ſi dicta diſlocatio vel tortura fue
rit parua.modicũ ide ifirmo ſequitur nocumentum. Sꝫ ſi
fuerit magna diſlocatio:forma eius erit ſicut angulus rect᷒
vel lauda ⁊ efficit̃ inde relaxatio totius corporis:aut ſq-
nantia:⁊ ſpaſmus.⁊ hoc accidere põt aut ex caſu:vel a ꝑ̄ate
q̃ faciunt exire ſpondilia ex locis ſuis. Ex diſlocatione ſpõ-
diliũ veniunt accidentia hec:quoniã ſi fuerit diſlocatio ſo
lũ abſq; leſione nuche:accidit ex hoc paruitas mẽbrorum
⁊ priuatio nutrimenti ipſoꝝ.⁊ prouenit ex hoc ſicut accidit
arbori imꝑfecte:fracte:in qua nutrimentuꝫ tortuoſe ꝓcedit.
⁊ poteſt etiam ex tali diſlocatione infirmus fieri gibboſus.

Sed ſi diſlocatio facta fuerit ſolum in vna parte: cum hec
fuerit parua aduenit inde mēbris paucitas nutrimenti. ſʒ ſi
fuerit magna fit ide relaxatio medietatis totiꝰ corpis ꝓpter
extenſionē q̄ fit in alio latere: eo ꝙ qñ ſpōdili accidit extēſio
ſeqtur ide ſpa mus abſqʒ dubio: ⁊ q̄ðlibet iſtoꝝ accidētiuʒ
ꝑ ſe pōt iducere necē: ⁊ multo magis ſi oīa ſimul fuerint con
gregata: ⁊ ego puto ꝙ relaxatio illa q̄ cā humoꝝ fit: mortē
īfert ſuffocādo ꝓꝓ ꝓuationē anhelitus pectoris. Et oībus
ꝑdictis egritudinibꝰ ꝯfert flōmia ꝓꝓ dubitationē apoſtēa=
tis: ⁊ reſoluere id q̄ð infuſum eſt de humore: ⁊ deriuare ad
aliā partē illud q̄ð nondū ē ifuſuʒ: ⁊ ꝯfortare locū leſuʒ ſeu
ꝑcuſſuʒ: ⁊ id in quo oīa ꝑſcripta iuuamenta ſimul ſunt coa
dunata: eſt oleuʒ roſatū in quo roſe recentes vicibus pluri=
bus ſunt infuſe. ⁊ ſufficit illud ad inungendū locū: ⁊ ſi res
fuerit aliquantulū dilatata ad diſſolutionem humoꝝ: adde
oleū de lilio ⁊ de iaſemino ſi poteris inuenire. Sʒ ſi egritu=
do fortis extiterit operatio erit inanis. ¶ Et poſtq̄ʒ locutꝰ
ſum de ſpōdilibus: nūc loqui intendo de nucha: Et ſcias ꝙ
nucha eſt ſicut fons a qua mittit̄ oībꝰ mēbris q̄ ſunt ſub ip̄a
ſenſus ⁊ motus: ⁊ nerui ſūt ſicut riuuli q̄ oriunt̄ ab ipſa.

¶ Cap. vij. Quod eſt de egritudinibus nuche.

c Et accidit in nucha aliquādo ſtupor qui fit a me
dico ꝓꝓ appoſitionē frigidaꝝ reꝝ deſuꝑ. aut pro
pter equitationē factā ꝑ magnā niueʒ: ⁊ fit inde
quedā ſpēs egritudinis: que in arabico dicitur
alchadar: in qua priuat̄ ſenſus ⁊ motus mēbroꝝ exiſtentiuʒ
ſub ipſa. Et huic egritudini cōfert inungere locū cum oleo
nucū cui additum ſit in qualibet. ℥. ipſius octaua pars au=
rei vnius ex euforbio: ⁊ ſi non haberes oleū de nucibus: po
ne loco eius oleū ð lilio mixtū cū oleo oliuaꝝ: ⁊ oleū de ben
etiā mixtū cū oleo de iaſemino ſimiliter in hoc loco confert
valde. Et adde predictis oleis ad cōfortationē caloris inna
ti de oleo balſami: ⁊ alia olea confortantur accidētaliter cale
faciendo ipſa ad ignē. ⁊ ſic agendo operabitur tua medicia
perfecte. Et ſcias ꝙ id quod patitur nucha de egritudinibꝰ
patiuntur etiā nerui qui oriuntur ab ipſa. Et mihi iā acci=
dit id q̄ð dicā tibi. ſ. ꝙ eundo precepto regis in abuzacha=
dria cū frigore vehemēti ⁊ forti pluuia ⁊ vento. q̄ quidē vē=
tus mihi adueniebat pte ſiniſtra pede meo ex illa pte exiſtē=
te diſcooperto durante illa tēpeſtate ſic ꝑ totū diē. ⁊ ſic eun=
do mihi cecidit patitus de pede: ⁊ nō potui ipſuʒ itus redu
cere eo ꝙ nō poterā mouere coxā: quare alius mihi poſuit
ipſaʒ in pede: ⁊ iteꝝ cecidit: ⁊ reiteratus fuit mihi: ⁊ tertio ite
rū cecidit ⁊ mihi ab alio ipoſitꝰ fuit: eo ꝙ minime coxā ⁊ crus
mouere poterā: ⁊ tunc cognoui ꝙ a pede crure ⁊ coxa priua
tus erat motꝰ ⁊ ſenſus. Et cū veni ad patrē meū non potui
ire ſʒ ductꝰ fui ab alijs: quare iunctꝰ fui i coxa ⁊ ſpōdilibus
īferioribꝰ cū oleo illo q̄ð apportauerā cā illiꝰ ifirmi ꝓ quo
venerā q̄ qdē erat paliticꝰ: ⁊ i q̄ ꝓuatꝰ erat ſenſus ⁊ motus: ⁊
in illo oleo erat balſamū. Et feci mihi aerē rectificari cū for
ti igne ⁊ magno. ⁊ aduenīēte die fui liberatus. ⁊ ꝓ certo ſci=
as ꝙ nerui citiꝰ valde apti nati ſunt recipere egritudies q̄ʒ
ipſa nucha: q̄ʒuis nerui ſint duriores ⁊ ſolidiores ac denſio
res ipſa nucha: tñ q̄ ſunt ſubtiliores ipſa: iō citius ⁊ leuius
pñt recipe paſſiōes. Et ēt q̄ a diuina ꝓuidētia nucha hʒ ð
ſenſoriū ad ſui cuſtodiā ⁊ ꝯſeruationē cū ſit ſicut radix: eo ꝙ
a ðſtructione ⁊ corruptiōe ipſius deſtruunt̄ oēs nerui qui
ſunt ſub ipſa: ⁊ nō cōuertitur. ſ. ꝙ a deſtructiōe alicuius ner
ui: vel neruoꝝ deſtruatur nucha vel corrūpatur.

¶ Cap. viij. Quod eſt de apoſtemate nuche.

c Et hec egritudo accidit nuche aut i ſubſtātia ip=
ſius aut i pellicula q̄ ē circūdans ipſam: et poteſt
hoc accidere ab hūoribꝰ diuerſis ſed ꝓpter acui
tatē ⁊ velocitatē egritudinis opʒ te eē ſolicitum
circa flomiā: etiā ſi virtus debilis fuerit. Qꝛ ſi fuerit debilis
minues de q̄titate. ſi fortis fuerit i maiori quātitate extra
here debes. et poſtmodū purgare humorē illū quē videris
vel cognoueris abūdare cū medicinis ſibi appropriatis. et
poſtea inunges locū cū oleo roſaceo calefacto ad ignē: vel
cū oleo roſaceo mixto cū oleo de lilio. aut cū oleo de iaſemi
ni. aut cū oleo de alchachoen. q̄ðcūqʒ eoꝝ iueneris magis
apte: eo ꝙ id q̄ð iuenit̄ in ipſis nō eſt res de qua medicina
magnā faciat ſolicitudinē. Et eſto certus ꝙ ſcia medicina
lis nō operatur ab aliquo ꝑfecte niſi poſt longā et multam
ꝯſuetudinē. et longā expientiā in ipſa. et nullo mō cū ſophi
ſticationibus vel ſophiſmis logicalibus. Eo ꝙ ſi aliquis ſo
phiſticādo ſe voluerit intantū ſubtiliare in medicinis laxa=
tiuis: vt iueniat i ipſis quātitatē ⁊ qualitatē purgatiōis pro
portionaliter: vt egritudo ⁊ quātitas humoris vel humorū
exigere videt̄. ⁊ non excedat in plus vel minus vno pilo. in=
tantū ꝑturbabitur eius mens ⁊ intellectus ipſius taliter de=
uiabit: ꝙ tardabit in curatione infirmi intantū: ꝙ infirmus
inde ad mortem poterit deuenire.

¶ Cap. ix. Quod eſt de oppilatione nuche.

c Et quidē oppilatio q̄ fit i nucha accidit ab hūo=
re groſſo: ⁊ pōt fieri in vna pte ipſius nuche vel
in tota nucha. ꝙ ſi fuerit in pte: erit relaxatio cor
poris eiuſdē ptis ſm diametrū. ⁊ ſi fuerit in tota
nucha: erit relaxatio totius corpis ab illo ſpōdili inferius.
Et ſi dicta oppilatio fuerit debilis atqʒ parua. accidet inde
ſolū durities ⁊ pigricia ſenſus ⁊ motus abſqʒ relaxatione
cōpleta. Quare medico conuenire videt̄: ꝓpinare in hoc ca
ſu ea que ſunt aperitiua ſubtiliatiua ⁊ inciſiua: ⁊ vrine pro=
uocatiua. Et iā ē cognitū ꝙ q̄ðlibet apitiuū ⁊ inciſiuū ab=
ſterſiuū exiſtit: ⁊ nō conuertitur ꝙ q̄ðlibet abſterſiuum ſit
apitiuū ⁊ inciſiuū. Et ſcias ꝙ ſyrupus ſqnzabin ſqlliticus
factus cum melle diſtemperatus cū quattuor tñi ipſius aq̄
roſacee in hoc caſu multum cōmendatur. ⁊ ſi in eadē aqua
roſacea decoctū fuerit aliqd liqritie mūdate erit longe meliꝰ
q̄ remouet acuitatē ⁊ ponticitatē aceti: et inde etiā remouet
nocumentū q̄ð in neruis hʒ generare. Et ſi compoſueris ei
hāc medicinā erit valde vtilis. ℞. hyreos: pollycarie: eupa
torij: aſſari. ana. aur. i. cētauree maioris quartā partē aur.
i. ſeminis melonis mundati ad pondus medietatis omniuʒ
ꝑdictoꝝ. liquiritie quartā partē totius predictoꝝ. cōquaſſen
tur que ſunt cōquaſſanda: ⁊ pone ad lentū ignem cū. ℥. xv.
aque donec redeat ad medietatem. ⁊ coletur optime expri=
mendo. ⁊ pone in illa colatura de ſyrupo citri. ⁊ de ſyrupo
ſquinanti. ana. ℥. i. ⁊ bibat ex illo. vij. diebꝰ vel. x. ⁊ poterit
eſſe ꝙ cū eo liberabitur. ꝙ ſi non liberaret̄ ex eo prepara te
ad purgandū ipſum ex illo humore. Et hec medicina ē val
de conueniens in hoc caſu. ℞. almuchel et eſt bdellium: et
iauſſie q̄ð eſt armoniacū: et ales beneg. i. ſerapinū. ana aur.
i. cologntide quartā partem aur. vnius. Incide cologntidā
minutim: et miſce cū ea aur. ʒ. ex medullis amigdalaꝝ mun
dataꝝ et quartā partē aur. i. ex puluere dragg. et oīa mala=
xa cū ſyrupo ſqnabi in magdaleonē. et ꝓpina ex ipſo aur.
v. cū aqua calida ad bibendū. et ſi nō purgaret̄ ſufficiēter.
diſtēperabis ð reliquo cū aqua calida et dabis ei. et fac euʒ
ſuare cuſtodiā queadmodū ꝯuenit i alijs laxatiuis. et inun
ge nuchā i loco vbi cognoueris eē oppilationē cū oleo ð iaſ
ſemini. vel roſaceo. ð quocūqʒ melius habere poteris q̄m̄
iſta habent oppilationē eius remouere cū auxilio dei. et eſto
certus ꝙ ita eſt de nucha. ſicut de alijs membris corporis:
eo ꝙ ſi elongata fuerit a ſua complexione naturali. oportet
te laborare vt ipſam redire facias ad eandem. et non debes
eam curare cum rebus multum remotis a temperamento
vel equalitate. Et medicamenta que in eis facies non debēt
penitus ſecundum gradum pertranſire. ſed ſecure vti pote=
ris his que ſunt calida a principio primi vſqʒ in fine ſecun=
di gradus ponendo ſemper cum predictis confortantia cuʒ
aliqua ſtipticitate faciendo aromaticitatē. et aromatica exu
berare cum predictis vltra poſſe. quoniam eſt perutile i hoc
membro abſqʒ dubio. Et oportet te etiam cum omni ſolici
tudine preuidere et conſiderare in hoc membro. vt minime
ei applicare facias que ſunt calida vel frigida. ſicca vel hu=
mida in tantum ꝙ membrū nō poſſit ea faciliter ſuſtinere.

¶ Cap. x. Q̄ð eſt de apatibus que fiunt circa guttur.

T fiunt circa collū ꝛ guttur apata:ꝛ pro maiori
parte fiunt prope capnt.ꝛ cōiter ab oibus nomi
nanť iſta q̄ in iſtis locis oriunť ganzirra.i.ſcro-
fule. Mā vero haꝝ eſt flegma. ꝛ iſtud flegma.
aut eſt groſſuꝫ.aut viſcoſuꝫ.aut ē flegma groſſuꝫ deſiccatuꝫ
vltra id qđ ſue ꝯplōni ptinere videť.ꝛ ꝯuerſuꝫ quaſi ad na
turā melācolie. Et pōt etiā fieri a tali flegmate cui humor
aduſtus habēs acuitatē nāliter ſit admixtus. Quare diſſo
lutio ꝛ maturatio i tarditate ꝛ breuitate iſtaꝝ erit ſ₃ nāꝫ p̄di
cti hūoris ꝛ mixtionē ipoꝝ adiuicē.qm̄ ſi i dictis apatibꝰ
nulla rubedo appuerit.firmꝰ eē debes i tua opiniōe.qđ om
nino ſunt abſq₃ mixtiōe alicuiꝰ hūoris acuti:ꝛ ſi cū hoc du
ra fuerit.ſignificať q̄ melācolie hn̄t ptinere: ꝛ ſi mollia fue
rint ſcire d̄bes q̄ flegma nāle dn̄ať i eiſdē. Cura hoꝝ ē em-
plaſtriꝫare ea in p̄n. cū camemilla.ꝛ faria ordei:ꝛ roſis mi
xtis cū aceto:eo q̄ acetū h₃ flegma icidere ꝛ ſubtiliare: ꝛ ſu
is nocumētis obuiare.ꝛ frāgit acuitatē hūoris acuti ſi ex
eo aliqđ ē in cā.ꝛ da ei ad bibendū ſyrupū ſqnzibi ad icidē
dū fſa cū d̄coctiōe liqritie ꝛ paſſulaꝝ enucleataꝝ:eo q̄ liq-
ricia ꝛ paſſule habēt nocumentū:qđ pōt ꝓuenire ab acuita
te ꝛ ſiccitate ſqnzabin remouere. ¶ Aliud ēplaſtrū ē quod
eas diſſoluit. ℞.radices alcharſcaūia:ꝛ credo q̄ ſit ciclamē
ꝛ karobe porcine.ꝛ diſtēpa cū decoctione camemille. ꝛ fac
emplaſtrū:ꝯſiderādo:vt nō iſiſtas i iſtis ſolū cū reſolutiuis:
ita vt nō miſceas cū eis aliq̄ hūida.ſicut ē flos ligue boui
ne que ē valde vtilis i hoc caſu.ꝛ ēt ſuccus pomoꝝ eo q̄ ſi
vſus fueris reſolutiuis vaporabiť ſubtile ꝛ remanebit groſ
ſum qđ idurabiť ꝛ ꝯuerteť ad lapideitatē.ꝛ nos videre poſ
ſumus ſilr̄ i opatiōibꝰ illoꝝ q itendūt abſtergere ꝛ mūdifica
re canales aquaꝝ a rebꝰ duris ꝛ groſſis exn̄tibꝰ in eis. qm̄
ipſi nō inſiſtūt ſolū in extirpādo ꝛ abſtergēdo.veꝝ ēt cū ſpar
ſione aque i maria quātitate vt ille groſſicies vndiq₃ molli
ficenť.ꝛ cū eadē aq̄ d̄ſluēdo recedāt.et hoc idē faciūt medi
ci et facere debēt.ſ.ponere humectātia.et mollificātia.cum
reſolutiuis.ad h̄ vt adequenť ſilr̄ mãe.ꝛ vt citiꝰ reſoluanť et
euaporenť eq̄lr̄. Et purga iſirmū ab hūore illo a quo tibi vi
deť ꝯuenire.ꝛ nō idiges fl̄omia in hac egritudine ꝑ maiori
pte.qm̄ raro a ſanguine ꝛ cholera hn̄t ꝓuenire. Et ſi fuerit
aliqn̄ ab iſtis vel ab aliq̄ iſtoꝝ ē valde raꝝ. ꝛ h̄ cognoſcere
potes ſuis ſignis.ꝓut iā ſupra d̄terminatū ē.et ſi ſanguinē
cognoueris exuberare minue ex illo.ꝓut tibi videbiť ꝯueni
re ſm̄ v̄tutē patiētis:ꝛ ꝯplōnē ipſiꝰ. S₃ ſi iſirmꝰ cū p̄dictis
ſcrofulis ſic ꝑmāſerit.ꝛ ſteterit lōgo tpe abſq₃ regimie aliq̄
ꝛ ꝯſilio medicoꝝ nec vſus fuerit reſolutiuis ſubtiliatiuis et
iciſiuis tūc oio ille ad ſaniē d̄riuabūt quare ꝑpera cū omni
ſolicitudie ad eiꝰ gn̄ationē faciēdā.ꝛ ſi cōplexio iſirmi hūi
da fuerit:fac emplaſtrū ex paſta fermētata mixta cū butyro
et ſi eius ꝯplō ad aliquā ſiccitatē deriuauerit:et tunc hēas
micā panis.malaxa eā cū d̄coctiōe pedū arietis. Et cū ma-
turatū fuerit apoſtēa aperi locū i loco ipſiꝰ pēdenti. vt ide
ſanies faciliꝰ et meliꝰ poſſit mundificari. Et hoc ſi optie co
gnoueris et ſciueris anotomiaꝫ mēbroꝝ.et caue ne decipia
ris in iciſiōe.ſ.vt nō facias eā in loco vene.vel arterie.aut
nerui.ita vt ex illa iciſiōe poſſit longe maior egritudo oriri
priore.eo q̄ ſi ſciam anotomie penitus fueris ignorās. ita
q̄ eā nō fuiſti expertus nec eā vidiſti.ſed ſolū ex ea ſcis aliqđ
ex auditu.iplē ē vt veritatē huius poſſis cognoſcere certiſſi
me:ꝛ pfecte:ꝛ maxie i mēbris puis:ꝛ ꝑꝑ h̄ ſi fueris ſic igno
rans caueas tibi ab iciſione facta cū ferro oio.ſ₃ pōe ſuꝑ lo
cū quē itēdis aperire ſtercus colūbaꝝ malaxatū cū brodio
pedū arietis.ſi fuerit delicatus ꝛ mollis ꝯplōnis aut puer.
S₃ ſi iſirmꝰ fuerit ruſticꝰ vel ſenex.miſcebis ꝛ malaxabis di
ctū ſtercus cū ſapone molli. Et ſi fuerit iſirmus mediocris
cōplexiōis ꝛ etatis miſcebis cū butyro antiq̄:qm̄ faciet locū
aperiri i breui. Et rege infirmū ſubtili regimie lōgo tempo-
re.ſ.cū pullis paruis:ꝛ taſſea facta cū aceto.ꝛ pullis plenis
amigdalaꝝ ꝛ panis madefactꝰ i oleo cū modico ſale ꝛ come
ſtus ꝯfert valde. Et facta apertiōe primo pone intus tentaꝫ
inuolutā in melle ꝑ dieꝫ vnā ꝛ alijs diebꝰ pone tentā optie
tinctā ex vnguēto de palma diſſoluto cū oleo roſaceo.ꝛ fac
ꝓut tibi videbiť ꝯuenire.ꝯſiderata etate infirmi ꝛ ſua com-
plexiōe:ꝛ ſ₃ quātitatē ꝯſolidatiōis vulneris ita tentam de-
bes dimittere donec fuerit liberatus cum adiutorio dei.

¶ Cap.xi. Qđ ē de ſolutione continuitatis colli.

T qr collum ē mēbrū compoſitum:ideo ei acci-
dere pōt ſolutio continuitatis ſicut alijs mēbris
accidere ꝯſueuit:ꝛ hoc ei euenire pōt aut ab extri
ſeco:aut ab apoſtemate. Et ſcias q̄ multe egri-
tudines oriuntur in collo ex diſſolutione continuitatis: et
maxime in neruo nominato in arabico neruꝰ retrogradus
ꝛ quando egritudo ibidem generatur:deſtruitur vox: eo q̄
partes epigloti non claudunť debite ꝛ conuenienter: nec di
latantur:ꝛ efficitur eius vox rauca ad ſimilitudinem vocis
hominis fortiter infrigidati:ꝛ ſi dictus neruus fractus fue-
rit:cura eius tunc eſt impoſſibilis. Sed ſi fuerit dicta egri-
tudo ex apoſtemate:tūc curabitur curato apoſtemate. Qua
re ſtudeas in remouendo ipſum ſicut diximus.ſ.cum eua-
cuatione:ꝛ purgando humores:ꝛ reſoluendo ipſos: ꝛ faciē
do oia p̄dicta tpe cōuenienti. S₃ ſi fuerit ex oppilatione eua
cua corpus cū laxatiuis:ꝛ poſtea ſtudeas in diſſoluendo op
pilationē:ꝛ in aperiendo eā cū oleo anetino ꝛ ſimilibus:do
nec redeat mēbrū ad ſtatum ſuū propriuꝫ miſcendo cū pre-
dictis aliqua que ſunt ſtiptica ꝛ aromatica. Sicut recipien
do ex oleo roſaceo parteꝫ vnā in tribus partibꝰ olei anetini
ꝛ ex eo inunge locū. Sed ſi dicta cā ꝓceſſit a mala cōplexio
ne frigida neruo eueniēte que eidē ſuperuenerit a niue vel
vento:aut pluuia:vel aliquo alio frigido aere:aut ab appo
ſitione medicinaꝝ frigidaꝝ ꝛ narcoticaꝝ:ſicut iperiti medici
facere conſueuerunt:tunc cura tua eſſe debet cum rebus ca
lefacientibus:ꝛ inquātū cauſa fuerit frigida actu ꝛ poten-
tia in tantū ei reſiſtere debes cū rebus cōtrarijs calidis ſcili
cet actu ꝛ potētia. Et qr ex p̄dictis cauſis coagulať ſanguis
ille qui in neruo predicto exiſtit:ideo iſiſtere debes cum re-
bus calefacientibꝰ ꝛ aperientibꝰ actu ꝛ potentia: ſicut ſunt
iſta ꝛ his ſimilia.ſ.oleū anetinū:ꝛ oleū de narciſco. ꝛ pigue
do de alchorac.i.grue:ꝛ aliquantulū pinguedinis galline:
miſceantur oia ſupradicta:ꝛ calefac iſtud vnguentū ꝛ inun
ge locū pluries ſic faciendo ꝛ madefac cotū in eodē tepido
ꝛ ſuppone. Et ſcias q̄ oē mēbruꝫ exiſtens in p̄cipalitate et
nobilitate nerui.minime ſuſtinere pōt contrarietates medi-
cinarū exiſtentiū in vltimo abſq₃ medio.eo q̄ q̄₃uis fuerit
membrū denſum:ſoliduꝫ atq₃ firmū:cum hoc toto deſtruiť
eius virtus.ꝛ perditur ꝛ adnichilať.ex appoſitione talium
medicinarum exiſtentiū i vltima ꝯtrarietate. Et hoc cogno
ſcere debes ex dictis antiquorum ꝛ vera dicunt loquendo d̄
dentibus.ſ.id qđ eis magis nocere percipitur.eſt quando
extrema eis accidunt abſq₃ medio.ſ.comedere. vel bibere
calida actu in exceſſu poſt frigida actu in exceſſu. ꝛ tamen
ſubſtan tia eorum eſt denſa.ſolida atq₃ dura ad recipiendū
paſſionē ꝛ in tantum ſunt dure ſubſtātie:q̄ aliqui antiquo
rum medicorum crediderūt q̄ eſſent impaſſibiles ꝛ abſq₃
ſenſu.ꝛ tamen veraciter ſunt ſenſibiles. ¶ Quāto ergo ner
ui qui ſunt molliores ꝛ magis delicati debent magis recipe
re paſſionem et perturbationem ab extremis ipſis dentibus
ꝛ abſq₃ dubio quando medici ponunt hanc comparationē
principaliter in dentibus:non intelligunt ſolū de dentibus
ſed de omnibus alijs mēbris corporis. Sed cum hoc nocu
mentum ꝑcipitur in dentibus.qui ſunt tā dure ꝛ denſe ſub
ſtantie.quanto magis in alijs que ſunt mollioris valde et
rarioris ſubſtantie percipi deberet.regimen ergo eius debet
ad caliditatem modicam pertinere. Et omnes alie medici-
ne ſint temperate:vel ad modicam caliditatem pertinentes
quemadmodum ſupra diximus:ſicut in cibis eorum propi
nare turtures ꝛ minutes aues nemoris.ꝛ etiam paſſeres in
eſtate elixatas:et in hyeme aſſatas in veru:vel decoctas cuꝫ
almuri vel ſuffrictas in ſartagine.ſed ſcias q̄ ea que ſunt in
vltimo aſſata magis medicine habent pertinere q̄₃ ad cibū
vel ad nutriendum.

¶ Cap. xij. Quod ē de inflatione facta in epigloto.

Et oritur quidē in epigloto apoſtema ⁊ dixim⁹ curam: ſʒ non nocet ſpālez huius hic rememorare. Quare primo flebotomare debes īfirmum de cephalica brachij dextri: ⁊ extrahere de ſanguine ſʒ ꝙ tibi videbit̄ ꝯuenire. Et ſi videbis epiglotū fortiter rubere ⁊ in tactu calidū da ei ad bibendum paulatine aquā roſaceam in qua diu ſteterint ſemina citoniorum cum zucharo ⁊ modico aceti: ita vt nō percipiat̄ ſapor eius ſcilicet aceti. Sʒ ſi fuerit abſqꝫ caliditate ⁊ rubedine manifeſta: tunc fac euʒ gargarizare rob de moris mixtū cū aqua roſacea: ⁊ etiā de illo paulatine ⁊ ſucceſſiue atqꝫ ꝯtinue deglutire: ⁊ ſubtilia cibū eius propinādo ei ſolū ius pulli cū pane optime fermētato. Et ſi apoſtema fuerit magnū ⁊ multi nocumenti: oīno flebotomare eū debes. Et etiā ſi nocumentuʒ ipſius fuerit debile: penitus flebotomare debes: eo ꝙ ſanguis ſecū ducit humores: ⁊ tēpus ē breue: ⁊ nocumentū qḋ ex minutione ſanguinis habet ꝓuenire: cito poteris reſtaurare. Sʒ ſi timuerit infirmus minutionē: purga eū ſcʒ cuʒ purgatione leui: ſcilicet cū hac decoctiōe. que ℞. mirobalanorum citrinorum: ⁊ violarum: ⁊ ſeminis cartami: ⁊ ſeminis angera. i. vrtice ⁊ liqritie ana ptes equales. Et oīa iſta pone iu aqua decoctiōis maſticorum. cui⁹ quātitas ſit ad mutationem coloris aque. ⁊ fac oīa p̄dicta morari in eadē p totā noctē ⁊ diē. Et poſtea cola eā exprimēdo fortiter. Et pone in eadē colatura de ſyrupo tamarindorum vel de ſyrupo ſqnzibin ꝓut tibi videbit̄ cōuenire. ⁊ de hac decoctiōe ꝓpina īfirmo prout tibi videbitur cōuenire: ſeruādo cuſtodiā infirmo ſicut fit in alijs laxatiuis. Et ſi nō ꝑcipitur ī loco calor māifeſtus vel rubor fac infirmū gargarizare ſyrupū ſqnzabin tepidū. ⁊ rob mororum. ⁊ aliqd aceti cū quatuor ptib⁹ aque dulcis. Et ſtude vt eius ꝯplō ꝑmutetur ⁊ alteret̄ ad ſiccitateʒ. ſ. dando ei paneʒ optime fermentatū cum pullis aſſatis. ⁊ etiā ex farina ordei vſtulati fit cibus q dicitur alzaſu. i. pultes: ceu iuſcularum ē factus ex fatina dicta ordei vſtulati cū aqua ⁊ modico zuchari: q ē valde vtilis in hoc caſu. Et ſi color epigloti fuerit ſimilis colori melangiarū ⁊ in epigloto ipſo appuerit tumor magnus valde cū duritie. dubitandū ē valde de ſuffocatiōe infirmi. quare properare debes ad flebotomandū īfirmum ſciēdo qḋ ille ſāguis q exierit erit groſſus atqꝫ niger. Et ſic ſecurabitur a timore ſuffocationis. Et purga īfirmū cū lapide lazulli. vel cū lauatura ipſius lapidis lazuli: ſm ꝙ virt⁹ infirmi poterit ſuſtinere: vel cū d̄coctiōe facta cū polipodio epithio: ⁊ helleboro nigro. ponēdo cū predictis aliqua que ſiccitateʒ p̄dictarum habeant remouere: ſicut ſunt viole liqritia ⁊ nomiſar. Et ēt ponere debes q̄ habeāt dolorē mitigare: qm̄ de ꝯſuetudine huius loci ⁊ egritudinis eſt dolere: ⁊ punctionē ſentire: ſicut ſunt flores ſticados. ⁊ ſuccus pomorū. qm̄ h̄ ꝯferunt dupliciter. ſ. q: frangūt ſiccitatē ⁊ remouent dolorē. Et ſi cognoueris ꝙ humor ſit multe magnitudinis: tunc dare debes p̄dictas medicinas laxatiuas cū tota ſubſtantia frangendo ſiccitatē ipſarum cū oleo amigdalarum dulciū. vel cuʒ ſyrupo ſqnzabin facto cū paſſulis enucleatis ⁊ maxime ſi infirmus fuerit quadragenarius: ⁊ coloris bruni ⁊ piloſus: ⁊ nerui ipſius lacerti ſint pleni groſſi atqꝫ lati. ⁊ ut ꝯſuetudo infirmi ſit eſſe ſolitari⁹ cū multis cogitationib⁹: q: cū ſic reperit̄ ꝓ certo talis erit melācholic⁹. Sʒ ſi infirmus fuerit iuuenis: ⁊ nō fuerit cōplōnis melancolice. qḋ ſcies q: color eius erit albus. ⁊ erit bone ꝯuerſatiōis et ꝯſuetudinis: tūc ſcire debes ꝙ ille humor nō erit multe groſſitudinis. Quare talibus dare debes decoctionē medicinaruʒ ſolū abſqꝫ ſubſtātia rectificādo ipſas cū medicinis ſibi proprijs: ⁊ ꝯuenientib⁹: vt nature amicabiliores exiſtāt ꝓut tibi melius videbitur expedire. ſ. cū ſyrupo de melle: aut cū ſirupo citri. ſi itendis ſubtiliare humorē ⁊ ꝯfortare naturaʒ: aut cū ſyrupo pomorum: ſi itendis cōplexionē rectificare. ⁊ ſi certus fueris ꝙ humor faciēs egritudinē ſit ſanguis: tunc flōmia eſt ei cura pricipalis. Et ſi aliqs alius humor vel humores fuerint vel erunt in cauſa: ⁊ etiā ex acutis ſcies ī vno quoqꝫ qd erit faciendū ex p̄dictis. Et quotiēſcūqꝫ ī epigloto: aut in vuulua magnū fuerit apoſtema dilatatū nō potes eſſe ſecurus qn infirm⁹ ad ſuffocationē poſſit deuenire.

¶ Capl'm. xiij. Quod ē de ſquinatia.

Et ſcire debes ꝙ ſqnantia pōt fieri ex vno humore vel ex pluribus. Et hoc ſcire poteris ex accidētibus que ab egritudine fiūt. Qm̄ ſi ex vno humore fuerit: accidentia erūt ſignificātia ſuper illo ⁊ ſi ex plurib⁹ erūt cōpoſita accidētia atqꝫ mixta. Et q̄ʒuis forte hoc difficile ſit cognoſcere: tm̄ ſi optie fueris ꝑſcrutatus ex dictis accidētibus optie poteris cognoſcere atqꝫ ſcire vn̄ ⁊ ex quo humore dictū ap̄a fuerit generatū: ⁊ iaʒ tibi ſignificaui in p̄cedenti capitulo ſigna ⁊ accidētia ſimpliciū: ⁊ ex ipſis poteris ſatis leuiter compoſita cognoſcere atqꝫ ſcire. Quare ſi ap̄a fuerit cōpoſituʒ ipſuʒ purgare debes cū medicinis cōpoſitis: ⁊ ſi ſimplex cū ipſis medicinis ſimplicib⁹ ſupradictis. ſʒ ſcias ꝙ aliqn̄ ap̄a vuule talis ꝯditiōis exiſtit ꝙ nullatenus curā alicui⁹ medicie recipere pōt: ⁊ qn̄ ſic eſt: tūc ad ferrū. ſ. ad chirurgiā te redire oʒ. Et q̄ʒuis hoc ſit cōtra noſtrā intētionē. ſ. curare cū ferro. tm̄ volo vt ſcias a me ꝙ ſi eaʒ incideres radicit⁹. inde grauiſſime egritudines habent ꝓuenire. ſ. q: aer ad pulmonem velociter: tendit abſqꝫ obſtaculo ⁊ defenſiōe aliqua q̄ poſſit frigiditatē aeris frangere: ⁊ eius cōtēperare cōplōneʒ. vn̄ ſequit̄ debilitas v̄tutis cordis: ⁊ illa de cā v̄tutes debilitant̄: ⁊ diſſoluit̄ reuma: quare infirmus velociter ⁊ ſubito ad mortē inde poterit ꝑuenire cognoſcendo ꝙ ſi aſſam fetidam ſuſpenderis ad collum patientis ap̄a vuce vel ſquinantiam confert ei valde ex ſui natura ⁊ proprietate.

¶ Capitulum. xiiij. Quod eſt de apoſtematibus accidentibus canne pulmonis.

Oriuntur ēt q̄daʒ ap̄ata in cāna pulmonis quē admoduʒ in meri fieri cōſueuerunt: ⁊ omnia iſta ap̄ata: ſiue que fiunt in meri: ſiue que in canna pulmonis oriuntur: ſunt pungitiua ⁊ multi nocumenti. Et ſi hec apoſtemata non ꝑueniunt ad magnaʒ magnitudinem ſicut alia ap̄ata q̄ in largis locis naſcūtur: hoc nō ē niſi propter ſtricturā loci: q: non pn̄t in eiſdeʒ locis dilatari. Sʒ ſicut dictū ē in ap̄atibus epigloti d̄ cauſis. ſignis ⁊ curis. ſic ⁊ in iſtis q̄ in hoc oriunt̄ membro itelligere bes excepto q: hec mēbra. ſ. cāna pulmonis ⁊ meri. pp ſiccitatē ⁊ maciē ipſorum non recipiunt hūores qui ſunt groſſe ſubſtantie valde. Et pp hanc maciē q̄ eſt in cāna pulmonis quādo in ipſa orit̄ ap̄a. exeūt amigdale ex locis ſuis q̄ ſunt obuiantes aeri: ⁊ abſqꝫ dubio hac de cauſa inde orit̄ tuſſis ſalſa: eo ꝙ non inuenit aer obſtaculū ⁊ obuiationē: quare ide hoc accidens habet prouenire. Et qn̄ in meri accidit hoc ap̄a. ide duo magna nocumenta habent prouenire. vnū eſt difficultas deglutiendi: ⁊ aliud ē intēſus loci dolor. ⁊ qn̄ certus fueris ꝙ in aliquo predictorum membrorum fuerit ap̄a: non tardabis flōmiā vllo mō propter breuitatē tpis hui⁹ egritudinis ponendo poſtmodū ſup locū ea que habeāt ipſuʒ ap̄a ſpargere ſubtiliādo ⁊ reſoluendo: ⁊ fac eū gargarizare aquā roſaceam cū decoctione d̄ caſſia fiſtula: ⁊ roſaruʒ. Et iſta ēt ⁊ ſimilia cōferūt apoſtemati cāne pulmonis: ⁊ ſpāliter odorare ipſa calida: ⁊ aerē p̄dictorū calidū intus trahere īſpirando molificando corpus cū his q̄ humori peccāti tibi magis videbuntur expedire. Et dico certiſſime: ⁊ hoc habeas pro cōſtanti: ꝙ in his apoſtematibus ⁊ in omnibus alijs exiſtentibus intra corpus ſōnus eſt peſſimus ⁊ nociuus. ⁊ pro tāto quantū eū remouere poteris ab eodem tm̄ illud facere d̄bes donec humor ad diſſolutionē cepit deuenire cibando eum ſubtiliter abſqꝫ intenſa moleſtia. ⁊ extrahere eū a ſōno pacifice ⁊ quiete: recitando ei noua delectabilia atqꝫ placida. ⁊ ſi iſta nō ſufficerent. fac ei oīa que ipſum a ſomno poterunt remouere. Quare ſi iuuenis fuerit ⁊ tēpus eſtatis. fac eum odorare canforam. quia facit eum vigilare abſqꝫ moleſtia ⁊ impedimento. ⁊ ſi ſenex fuerit ⁊ tēpus eſtatis. ſufficit ei tm̄ odorare aldehebē. i. ſticados cum aliquantulo cāfore. ⁊ qḋ

facit ſticados facit ruta. Et quēadmoduꝫ ſomnus adiuuat apoſtema fortiſſime diſſoluere: quādo ē in declinatione ⁊ in via diſſolutiōis: ita ⁊ ipſe ſomnus qñ apoſtema ē in ꝑncipio ⁊ in via generatiōis ⁊ ꝯfirmatiōis potentiſſime adiuuat ad ipſius ꝯfirmationē ⁊ augmētationēꝫ. ⁊ ſic ē cā ſue mortis. Et iaꝫ ſupius tractaui ⁊ mentionē feci de apoſtēatibus que in iſtis locis oriunꝭ. ⁊ eoꝝ curas ſufficiēter ordinaui. Quare cū ad breuitatē intendaꝫ curas ſingulares vniuſcuiuſqꝫ obmitto: ⁊ eoꝝ accidētia: eo ꝙ cura vnius ē quaſi cura omniuꝫ alioꝝ. Et pp hoc nō poſui curā ſqnantie. ſ. illā que debet fieri cū inciſiōe cāne pulmonis ad quātitatē foraminis naris vel paꝝ minus: ⁊ illud omiſi: q: ē difficile valde: nec tēpore meo vidi aliquē q eaꝫ fuiſſet exercitatus. ſꝫ qñ diſcipulus erā in hac arte volui ꝑſcrutari dicta modernoꝝ huius artis i hac cā q dicūt ꝙ Ga. nullā fecerat mentionē huius cure: ſꝫ mentiti fuerūt: eo ꝙ Ga. ipſaꝫ poſuit vbi ꝑcepit icidere ſifac. ⁊ ſcidere cānā pulmōis: ⁊ pp hoc volēs expimētare ſumpſi caprā vnā. ⁊ iciſi corīū: ⁊ pelliculā que ē ſubtus ⁊ de canna pulmōis ēt aliqd minus ſupio ⁊ lauabā vulnꝰ cū aqua mellꝭ q̄tidie. ⁊ qñ vulnus icipiebat cooꝑiri carne: ꝺ ſuꝑ ſpgebaꝫ puluerē ſubtiliſſimū nucū cypreſſi donec fuit liberata. Sꝫ q: meo tpe nō vidi aliquē q hāc feciſſet. pp hoc eaꝫ nolui ꝑmo ordinare. Et accidit qñqꝫ cāne pulmōis debilitatio vocis pp multā vociferationē. vel pp itenſuꝫ laborēꝫ. ⁊ illa de cā ibi oriunꝭ granula parua. ⁊ huic cure ſufficti gargarizare aquā roſaceā. Et ꝺbilitaꝭ ēt vox pp igroſſationē q̄ fit a multa ifuſione hūiditatis flātis viſcoſi in pelliculā cāne pulmonis. ⁊ huic cauſe ſufficit deſiccatio.

¶ Capim. xv. Quod eſt de raucedine vocis.

Cura vero huius egritudinis ē comedere aliquid de raphano cū modico zuccari. ⁊ ius etiā cauliū vel brodiuꝫ eoꝝ in hoc caſu cōfert multū. Et oritur qñqꝫ hec egritudo ex aſpitate ⁊ ſiccitate cāne pulmonis. Et cura illius ē comedere amigdalas excorticatas dulces cū ſucco ligritie. Et poſtq̄ꝫ deriuatus ſuꝫ ad tractandū de raucedine vocis q̄ fit ex if luxione hūiditatis flatis viſcoſi in cānā pulmonis q̄ deſcendit a cerebro vicio reumatis vel catarri. ⁊ hoc nō ſolū medici ſciūt: imo ēt ⁊ vulgares iſtud itelligūt ⁊ cognoſcūt. nūc aūt intendo tractare de raucedine q̄ fit vicio alterius egritudinis ſicut accidit ex ſtrictura gule cū aliqua inſtita: vel ſibi ſimili i tantū ꝙ ꝯſtringitur ide neruus retrogradus ⁊ cōprimiꝭ ⁊ ſeqtur raucedo. Et fit etiā a cā itrinſeca. ſ. ab oppilatiōe facta in ipſo neruo retrogrado. ⁊ hoc fit raro ⁊ in minori pte. Ergo ſtudeas feſtinanter inungere locū ſtricture cū aliqbus oleiſ reſolutiuis ſi egritudo fuerit antiqua. ſicut cū oleo nucū antiquaꝝ ⁊ oleo de iaſemino ⁊ de narciſco cū pinguedie anatꝭ. Et pre oibꝰ iſtis expꝫtuꝫ ſuꝫ pinguedinē ſturnelloꝝ q comedūt oliuas. Sed ſi egritudo fuerit recens ⁊ in pricipio ſufficit tūc inunctio cū oleo roſaceo aromatizato. Si aūt iam tranſierit egritudo. xx. dies. tūc vti debes predictis oleis mixtis. Et non obliuiſcaris ſubtiliare regimen infirmitatis: ⁊ ipſum diminuere. qm̄ ſi ſic feceris recuperabit vocem ifirmus omnino domino concedēte. ſed ſi leſio aliqua facta fuerit in vijs vocis ex dicta ſtrictura. cura eius tunc eſt impoſſibilis. Et fit etiā dicta raucedo ex apoſtemate facto in neruo retrogrado Et cura eius ē cura ꝑdicta: ſubtiliādo regimē. Et ſi ſupius nominaui olea plura ⁊ diuerſa: ⁊ in vnū collecta huic egritudini conferētia nō credas me feciſſe illud abſqꝫ preuiſiōe ⁊ cautella: qm̄ oēs medicine que operanꝭ intrinſecus vel extrinſecus ſi fuerint plures vnius ꝯplōnis ⁊ vnius nature: ⁊ in vno gradu ſilꝭ mixte: repiunꝭ maioris ꝟtutis ⁊ efficatie in omnibus egritudinibꝰ: quā ſi dederis vnaꝫ ſolā illius ꝯplōnis ⁊ nature: ⁊ illius gradus in vno eodē pōdere. vbi gratia qm̄ ſi recipies medicia vnā ſimplicē q̄ ſit calida vel frigida ſicca vel hūida in ꝑncipio ſcdi gradus. et ꝺcōpoſita ſūpſeris i eadē quātitate q̄ i illo eodē gradu fuerit ꝯplōnata. iuenies ꝯpoſitā lōge maioris efficacie q̄ꝫ ſimplicē in tantum ꝙ ʒ. vna de cōpoſita plus operaꝭ q̄ꝫ. ʒ. ꝫ. de ſimplici: et hoc nō recipiꝭ ſolū in virtutibꝰ primis. verꝫ etiā in ſecundis et tertijs. certiſſime iſtud ideꝫ inueniꝭ. et q̄ꝫuis cauſa huiuſmōi ſit manifeſta: tm̄ ipſaꝫ ad ꝑſens obmitto intēdens breuitateꝫ ſeruari: ſicut in ꝑncipio huius libri promiſi. nihilominus hec et alia in ſequētibus vtilia ero rememoratꝰ deo ꝯcedēte et iam ſupiꝰ memoraui ꝙ oppilatio fieri pōt i neruo retrogrado: ſicut in alijs neruis fieri conſueuit. ex qua raucedo oriꝭ et generaꝭ. Et etiā in duobus neruis opticis a quibus lux oculis delegaꝭ fit oppilatio: et i tantū ꝙ qñ claudiꝭ oculus: vnꝰ nullatenus pupilla alterius dilataꝭ. Et qñ ſic ē medici ſunt deſꝑati de cura huius egritudinis: hoc iam declaratū ē in tractatu oculoꝝ. Sꝫ de hoc qꝺ medici dicūt ꝙ cura aliqua nō ꝓdeſt in illo caſu nullatenus ſum cuꝫ eis: nec eis aſſentio vllo mō. Et ſicut dico ꝺ iſta oppilatiōe: ita dico de oppilatiōe facta in neruo retrogrado ꝙ cura nō ē ipoſſꝭ oīno imo medicine pro certo eis debēt valere: et eos iuuare ſi debite exhibeanꝭ. Quare inungere debes locū cū ꝑdictis oleis ſimul mixtis: nō omittendo purgationē vlēm totiꝰ corporis. et ēt particularē capitis: ſciendo ꝙ materia egritudinis nō trahiꝭ a capite niſi medicīe et virtus ipſarum illuc deferantur: vnde conſulo vt alie a dictis medicinis preparenꝭ q̄ deferant ꝟtutes ipſaꝝ ipſi capiti velociter propinādo eas diſtēperatas cū aqua mellis. et hanc viam et doctrinam adīnuenit pater meus: ⁊ fuit valde bona. ⁊ poſtq̄ꝫ ipſe obijt ego poſui aliū nunciū delatorē medicinaꝝ ad caput: q̄ꝫuis de hoc cū eo minime fuiſſem locutus. Et nō diffidas oīno quādo beneficiū ⁊ iuuamen iſtaꝝ medicinaꝝ non apparuerit velociter ⁊ ſubito: quoniā aliqñ excitando ipſas nō tm̄ ſiguum aliquod beneficij ⁊ iuuaminis apparebit: ſed interdū liberabitur ſubito deo dante.

¶ Cap. xvi. Quod ē ꝺ puſtulis i meri ſeu in iſofago.

Et oriunꝭ puſtule in meri ex comeſtiōe reꝝ acutarū: ſicut ē ſinapis ⁊ ſilla. vel ex aſſumptiōe medicinaꝝ fortiū ⁊ acutaꝝ q̄ recipiuntur a medicis ad occidendū ſanguiſugas exiſtentes in gula. Et fiunt hac de cauſa ibidē puſtule rubee parue ⁊ minute. Et cura huius eſt ſuccus reglitie cū mucillagine ſeminū cytoniorum cū aqua roſacea diſſolutoꝝ: retentus in ore ⁊ paulatie ſuggenno ⁊ lambendo deglutire.

¶ Cap. xvij. Qꝺ ē de corruptiōe ⁊ putrefactiōe in gula et meri: ⁊ eoꝝ partibꝰ adiacentibꝰ in tpe epidimie.

Oritꝭ ēt in iſtis mēbris ⁊ in ſuis partibꝰ adiacentibus putrefactio tpe magne epidimie ⁊ peſſime mortalitatis: ſicut in alijs mēbris fieri ꝯſueuit. quare ptes gule corrumpunꝭ. Et hoc nō accidit niſi qñ eſt epidimia peſtifera peſſima ⁊ maligna. ⁊ nō eſt mirum: qm̄ aliqñ in tali tēpore corrumpunꝭ nerui pedū q ſūt membra ſolida ⁊ cadunt. Et quādo tractabo de epidimia: ⁊ de egritudinibus que fiunt in ipſa: ⁊ de ſuis accidentibus tunc curam omnium ponam cum adiutorio dei.

¶ Cap. xviij. Quod eſt de priuatione ſenſus et motus ⁊ relaxatione meri ⁊ iſofagi.

Accidit ēt aliqñ in neruo illo in quo iſita eſt ꝟtus deglutiendi ſpēs relaxatiōis ⁊ ꝑuationis ſenſus ⁊ motus. ⁊ pōt etiā hoc nocumentū euenire i ipō neruo a quo dictus neruus recipit inf luentiam ⁊ ꝟtutem ſenſus ⁊ motus. Et hoc ei accidere pōt pp frigiditatē ꝯplōnis ſue. vnde paratus eſt recipe dictā leſionem. Et hoc ei contingere pōt. aut ex aſſumptione narcoticaꝝ medicinarū: aut ex potatiōe aque frigide in magna quantitate: ⁊ ſpecialiter illis q non ſunt aſſueti bibere eā. ⁊ poteſt aliquādo hec egritudo ſubito euenire: ⁊ interdū paulatine efficitur Et qñ fit ex potatiōe aque multe frigide: tunc fit ſubito. Et qñ cōtinue ⁊ paulatine vſus fuerit frigida: tunc ſucceſſiue ⁊ paulatine huiuſmōi egritudo efficiꭥ. ⁊ qñ ſic ē: incipit cū dolore leui: ⁊ cum difficultate deglutiēdi que paulatine ⁊ ſucceſſiue augmentatur donec deuenerit ad priuationem ꝺglutiendi perfectam. Et hoc accidens qñ accidit eſt peſſimum valde quoniā infirmus nō pōt vllo modo cibum nec medi

cinam deglutire.quare oportet cum omni ſolicitudine pro
perare ad eius ſanitatẽ recuperandã:aut in breui morietur.
Et quãdo ad hoc deuenit:curatur pluribus modis. ¶Pri-
mus modus ẽ vt apponas cãnulã argẽti vel ſtãni ĩ gulam.
Et ſit canula habens caput qđ ponit̃ itus in ore ſtrictum:⁊
illud qđ remanet in manu a parte exteriori ſit latũ valde. Et
ſcias qñ appones canullã in gulã.mouebit̃ ſtomachus ad
ſubuerſionẽ ⁊ vomitũ naturaliter.quare eã tunc ſubtrahe
re debes:⁊ ſtare donec ceſſet vomitꝰ.⁊ iterũ eã intus ponere
⁊ cũ ſubuerſio ⁊ vomitus vel motꝰ ſupuenit ſubtrahere. et
ſic facies donec ex ꝯſuetudĩe remoueat̃ ſubuerſio ⁊ motꝰ.et
ꝙ ſit abſq; abhominatiõe ĩfirmus ex appoſitiõe ipſius can
nule. Et tũc ſicut dictũ ẽ pone latũ ſtrictũ itus ĩ gula: tenẽ-
do latus amplũ ĩ manu:⁊ ĩde lac ꝓijce recẽter mulctũ: aut
pultes ex farina tritici.tm̃ ex aliquo iſtorũ ꝙ ĩde poſſit ĩfir-
mus nutriri.ſtudẽdo ſemꝑ in remouendo cãm egritudinis
cũ quibus tibi videbit̃ cõuenire.cognoſcẽdo ꝙ ex tali cura
ſequitur nõ modicũ nocumentũ.ſ.ꝙ inde debilitant̃ ṽtutes
membrorũ gule oẽs. Secundus modus curatiõis huiꝰ egri
tudinis eſt ponere ĩfirmũ nudum in tina lactis: qđ ſit tepi-
dum ⁊ recenter mulctũ:aut in tina plena ex pultibus farine
tritici q̄ ſint liquide cocti.quoniã opinio quorũdam medi-
corum ẽ vt illud nutrimẽtum ĩgrediatur ꝑ partes ĩferiores
corporis.⁊ ẽt per poros totius corporis ipſius: ſ; hec opi-
nio debiliſſima valde exiſtit atq; friuola. Tertius qdẽ mo
dus eſt.⁊ eſt rectus certus:atq; verax.ſ.ꝙ tali modo nutrit̃
ĩfirmus abſq; dubio.⁊ eſt talis.ſ.vt recipias lac vel pultes
ex farina tritici liquide decoctas:in veſica vna capre:vel eiꝰ
ſimili.⁊ ſit in collo ipſius ligata vna cãnula argenti ad mo
dum clyſteris.⁊ facta mundificatione inteſtinorũ ꝑfecta cũ
clyſteribus abſterſiuis ⁊ mundificatiuis.pone dictam cãnu
lam itus in ano:⁊ exprime dictam veſicam diligenter cũ ma
nu:donec totum lac vel pultes in ĩteſtino recto ab ĩfirmo re
cipiat̃:⁊ ſic ĩde dictũ ĩteſtinũ ſugendo recipit nutrimentum.
⁊ ab ipſo aliud ĩteſtinũ ſibi contiguum rapiendo ſugit:⁊ ab
illo aliud donec ſic ſucceſſiue ad fundũ ſtomaci dictũ nutri
mentum habet deuenire.inde ſtomachus recipit qđ ſibi cõ
uenire videtur.⁊ ab eo nutritur. Et iam qdam reperiuntur
medici q̄ nitunt̃ ꝓbare ꝙ nutrimentũ nullatenꝰ recipi pōt ꝑ
clyſtere ĩ inteſtinis vt ad ſtõm poſſit deuenire.⁊ hec ꝑ dicta.
Ga.q̄ dicit ꝙ clyſtere iniectũ ꝑ inferiora in ĩteſtinis nõ pōt
vllo modo ad ſtõm ꝑtingere ⁊ deriuare. Et ſic arguẽdo affir
mant ꝙ nec nutrimentũ inde iniectum vllo modo ad ſtõa-
chum poterit peruenire.ſed iſti tales decipiunt̃ ⁊ errant cõ-
parando ⁊ eq̄parando medicamina iniecta per clyſtere nu-
trimento predicto iniecto ſm modũ determinatum:quoniã
certũ eſt ꝙ violentia ⁊ ĩpulſio q̄ eſt in clyſteri nõ ẽ tanta neq;
ta fortis:ꝙ poſſit medicamina iniecta ꝑ ipm̃ vſq; ad ſtoma
chum ꝓijcere ⁊ delegare:eo ꝙ virtus attractiua ĩteſtinorum
⁊ ſtomachi ipſa medicamina abhorret:⁊ ꝑꝑ hoc non attra-
hunt.ſed expellunt:ſ; cũ corpꝰ ĩdigeat nutrimento vehemẽ
ter ⁊ inteſtina a fecibꝰ ꝯpetenter ſunt depurata:iõ nutrimẽ-
tũ ĩde iniectum ṽtute attractiua ĩ ipſis fortiter vigẽte attra
hit̃ de ĩteſtino ad ĩteſtinũ vſq; ad ſtomachuz. Et neq; in
medicaminibus clyſteriorum reꝑitur ṽtus vnde hẽant aſcẽ
dere a ꝑtibꝰ ĩferioribꝰ ad ſupiora natãdo:ſicut ĩuenit̃ ĩ cole
ra acutiſſima q̄ qñ deſcẽdit.aliqñ ĩferiꝰ vſq; ad fundũ ani.
⁊ ibi facit magnã pũctionez:⁊ voluntatẽ egerẽdi.ſicut dicit
Ga.pōt eẽ ꝙ hõ ſe abſticat ⁊ retineat ꝓpter aliquã neceſſita
tẽ vel q: eſt in platea aſſociatus:vel in mẽſa. Quare illa co
lera redundat ad ſuperiora.⁊ ſic aſcendendo pōt vſq; ad ſto
machũ deuenire. Et cum ſit odioſa ⁊ abhoĩabilis per ſupe
riora vomendo eijcit̃. Et quõ nõ poſſumꝰ imaginari ꝙ lac
⁊ ius gallinarũ.et pultes iniecta ꝑ clyſtere ſicut dictũ ẽ ꝙ vir
tute attractiua forti mediante ĩteſtinorũ ⁊ ſtomachi non poſ
ſint vſq; ad ſtomachũ de ĩteſtino ad ĩteſtinũ peruenire.cum
ſcia que exiſtũt in olla vel aliquo vaſe terreo exiſtente iuxta
aquã attrahãt nutrimentũ ⁊ humiditatẽ manifeſtiſſime vl
tra ipſuz vas. ¶Hucuſq; iam determinaui modos nutri
tionis huiꝰ patiẽtis.quorũ hic vltimꝰ ꝯueniẽtior ⁊ verior et
magis eligẽdus a me eẽ iudicat̃. Nũc aũt ĩgenium curatio
nis huius ĩtẽdo hic breuiter ꝑtranſire. Et dico ꝙ ẽ neceſſe
inungere locũ exteriꝰ cũ oleis aromaticis ⁊ ſubtilis ſube q̄
nõ habeãt ſuꝑfluã caliditatẽ:ſicut ẽ oleũ roſaceũ factum ex
oleo oliuarũ:⁊ oleũ de iaſemino:⁊ oleũ amigdalarũ amararũ
⁊ hoc fiat ſm ꝙ medicus egritudini videbit̃ expedire.ſ. in-
ungere locũ cum vno illorũ ſimplr̃.aut ſimul mixtis. Et vbi
ordinaui ponere lac vel pultes:in illo ⁊ eodem caſu. potes
adeo bene aſſueſcere brodiũ pullorũ:vel turturũ.vel colũbo-
ruz maſculorũ.ſ; illa ꝓncipaliter ordinauerã.eo ꝙ homĩes
iſtius partis illis frequẽtius vtunt̃.⁊ ẽt q: in hac egritudĩe
ſunt loco cibi ⁊ medicĩe valde iuuatiue. Et eſt neceſſe vt oĩa
ꝑdicta ſint tepida.⁊ ſtudeas cũ oĩ ſolicitudĩe. vt nõ ſint fri-
gida nimis actu.neq; calida actu ĩ exceſſu.qm̃ cibi ⁊ medi-
cine qñ ſunt actu immẽſe ſeu ſuꝑflue caliditatis. habẽt de
ſtruere calorẽ naturalẽ.q̄ quidẽ calor ẽ inſtrumentũ oium
ṽtutũ corporis.⁊ eſt ipſe calor naturalis ſicut agẽs. ⁊ cale-
fac cerebrũ cũ rebus aromaticis ſubtilibꝰ tẽperate calidita-
tis. Et id qđ magis laudatur ⁊ plus ẽ exptuz ĩ hoc caſu eſt
balſamũ:⁊ ſi nõ poſſes balſamũ ꝯpetenter habere ĩuenies đ
carpobalſamo:q̄uis apud nos difficilius reꝑiat̃ q̄ ipſum
balſamũ.⁊ iterũ oleũ đ granis pini cõmẽdat̃:⁊ ſil'r oleuz de
alchaoen.i.de cotila fetida multũ valet. Et ſi ĩ qualibet vn
cia alicuiꝰ ꝑdictorũ oleorũ ponat̃ aur.i.optime. ⁊ pure am-
bre.erit effectus maioris valde ⁊ tutioris in oĩbus deo dãte.
Et poſtq̄ breuiter expeditus ſuz de egritudinibus colli.nũc
intendo determinare de his que ſibi contigue exiſtunt.ſicut
eſt pulmo ⁊ meri.

¶Tractatus vndecimus de egritudinibus pulmonis.⁊
eſt continens capitula tria.

¶Cap.i.Quod eſt de egritudinibus pulmonis.

s Cire debes ꝙ pulmo eſt mẽbrum poroſuz
⁊ ſpongioſum valde.⁊ ꝙ in ſuis poroſitati
bus ĩueniuntur anuli ſiſes anulis cãne pul
monis. qui tendunt vſq; ad extremitatem
ipſius pulmonis:⁊ inde vadit aer.ſeu anhe
litus ꝑ totuz pulmonẽ.⁊ hec experientia ꝓ
batur in aĩalibꝰ mortuis.ſ.ſufflãdo fortiter itus ꝑ cãnam
pulmonis.inflabit̃ enim pulmo totus manifeſtiſſime. ⁊ cũ
inde aer exierit.detumeſcendo ꝯtrahit̃ pulmo.⁊ ſimul par-
tes eius ꝯſtringuntur. Et deſcendit etiã aliqñ flegma ⁊ ca-
tarrus a cerebro ad pulmonẽ.⁊ exinde ꝓuenit tuſſis ⁊ ſtri-
ctura anhelitus. Et cura huius eſt mũdificare corpus a fle
gmate cũ pulpa coloquintide ⁊ ſiſibus.et confortare caput
cuz aromaticis calidis ⁊ ſiccis.ſicut ſunt gariofili.et macis
⁊ cinamomũ electuz.⁊ cõſuetudo eſt conficere emplm̃ ex ꝑ-
dictis ⁊ ponere ſuꝑ caput. Sz ego expertus ſum ꝙ facere pul
uerẽ ex iſtis ſubtiliſſimũ:et ſpargere ſuꝑ caput eſt lõge maio
ris efficacie ⁊ effectꝰ ĩ hoc caſu.⁊ hoc fuit dictũ ⁊ cõſilium
patris mei in fine ſui ſermonis. Et ego exptꝰ ſuz ꝙ recipere
de vnaq̄q; dictarũ ſpẽrum ꝑ ſe: ſubtiliter quãlibet pulueriza
re ſingulariter:⁊ miſcere eas oẽs ſimul cũ aliquibus ex iſtis
ſuccis ꝓut ꝯpl'oni ⁊ nãe vniuſcuiuſq; ĩfirmi magis videbit̃
conuenire.ſ.ſi hyẽs fuerit cuz ſucco de nabanna.i. mẽthe.
ſucco merzanzium.i.maiorane.aut cum ſucco de berenge-
meſca.i.baſiliconis gariofilati.⁊ ſi tempus fuerit calidum
et febricitauerit infirmus:tunc miſceo dictas ſpecies ſolum
cum aqua frigida.aut cum aqua roſata propter ſui aroma
ticitatẽ:et ẽ meliꝰ.et facio eas exiccari:et poſtea iterũ eas pul
uerizari.et demũ ſuꝑ caput ſpgere.qm̃ ſic faciẽdo ṽtutes ea
rum melius ſil' coadunant̃ et vniunt̃. Et q: h̄ expimentũ ſic
plies et plies ꝓbaui.ꝑꝑ h̄ ipſuz collaudãdo ꝑ ceteris recõ-
mendo. Et ẽ ꝯueniẽs vt alteres ꝯpl'onẽ ĩfirmi ꝯuertẽdo ĩpaz
ad nãm ſiccitatis cũ aliqua caliditate.et h̄ fieri pōt cibãdo
euz paſſeribꝰ aſſatis et turturibꝰ.vel ipſis factis ĩ taſſea:et ſi
milibꝰ. Et ſcias ꝙ flegma qđ đſcẽdit ĩ pulmonẽ nõ đ facili
inde pōt exire. Et hoc iõ q: aut illud ẽ phl'a ſubtile et liqdũ
valde:ita ꝙ pulmo nõ pōt ipz exteriꝰ expellere.eo ꝙ qñ ane

litus ⁊ aer ſpargiť ꝑ pulmonē diuidiť dictū flā et infundiť
et ibibitur i ipm̄. quare aer erit. et illud ſic imbibitū rema-
net. vel erit illud flegma groſſuȝ et viſcoſum valde. Quare
ꝑꝑ ſui viſcoſitatē intrī adheret ipſi pulmōi ꝙ nō pōt ide ex
pelli. nec euacuari. ergo ſi cognoueris ꝙ illđ flā ſit liqdum
et ſubtile. ſtudeas ipm̄ igroſſare toto poſſe. et hoc facies re
cipiēdo ex dragagāto albo. et gūma arabica alba. et pillās
fac cū đcoctiōe iuiubaꝝ et vnaȝ teneat poſt aliaȝ ꝯtinue in
ore. Et qđ ide eliquať et diſſoluiť paulatine deglutiat. Sȝ ſi
ſciueris qđ flā ſit groſſuȝ et viſcoſū tūc fac iſtas pillās. ℞.
amigdalaꝝ. et ſucci liqritie. et beſſeaꝛ tuſ ba. qđ ē flauia in
lingua hiſpana. et piſteńť oia. et miſceanť cū ſyrupo facto
de cortice citrorum. et fac pillās. et teneanť ſub lingua. et ſi
fuerit vltime viſcoſitatis. miſceanť cū ſyrupo centauree mi
noris optime decocto. et fiant pillule vt dictū eſt. et teneanť
in ore. et abſtineat a multa repletione cibi et potus. et non
comedat fructus niſi illos quos dicam.

¶ Capitulū. ij. qđ eſt de apoſtemate pulmonis.

o Ritur i pulmōe aliqñ apoſtema ſicut i alijs mē-
bris accidere cōſueuit. Et iſtud apoſtēa fieri pōt
ex vno humore ſolo aut ex pluribus. Sed ſcđm
naturā ſui corpis ipoſſibile eſt in ipſo fieri apo.
ſtema ex ſolo flāte propter conuerſationem continuā flātis
cū ipſo pulmone. Neqȝ ex ſola colā ꝑꝑ ſubtilitatē ſui: ⁊ ꝑꝑ
largitatē poroꝝ corporis pulmonis non poteſt ibi diu ꝑma
nere. quin ide defluat ⁊ diſcurrat. quare ille humor ex quo
oritur hoc apoſtema eſt ſanguis. ⁊ hoc eſt qꝛ groſſitudini ali
quantulū ꝑtinere videtur. quare ibidem poteſt aliqñ diu ꝑ-
manere. ⁊ nō eſt etiā pulmo ſic aſſuetus ipſo quin poſſit ex
ipſo ibidē fieri apoſtema. Et ſcias ꝙ pulmo ē oio abſqȝ ſen
ſu. ⁊ ſi habet eſt occultū valde. ſed illa pellicula que eſt cir-
cundās ipſuȝ: quāuis ſit ſubtilis valde. tamen neruoſa exi-
ſtit: vnde ſenſuȝ habere ꝓbatur. ⁊ iteꝝ eſt ſciendū ꝙ pulmo
⁊ ſue pellicule ſunt abſqȝ neruis. ſibi ferentibus ⁊ preſtātibꝰ
motū. ⁊ cuȝ moueť non mouetur ꝑ ſe. ſed motu pectoris. Et
dicūt quidā medicoꝝ ꝙ ſi pulmo haberet ſenſuȝ ꝑfectum.
hoc ē ſi eſſet ꝑfecti ſenſus. ad vltimū lāgueſceret propter ſui
motum continuum. eo ꝙ vita aialium exiſtit in anhelando
ſeu inſpirando aerem ⁊ expirando. Sed hec opinio mihi fri
uola atqȝ omnino vana videtur: eo ꝙ pectus eſt magni ⁊ ꝑ
fecti ſenſus atqȝ acuti. qꝛ ad ipſuȝ nerui magni multi deri-
uantur: ⁊ cōtinue ⁊ aſſidue moueť. ⁊ mouendo ſe mouet ēt
pulmonē: ⁊ tñ nō fatigať nec lāgueſcit: quare rō ⁊ opinio ꝑ
dicta vacua ⁊ nulla eē videť: ſȝ hoc nō itēdo ad pñs in ħ lo
co ſoluere ⁊ declarare. Immo redeo ad illđ qđ ꝑtermiſi: et
dico ꝙ qñ apā ē i pulmōe: tūc ifirmꝰ patiť ꝯtinue ſtricturaȝ
anhelitus validā atqȝ fortē. ⁊ acutā feb. ⁊ ꝯtinuā ꝑꝑ vicini
tatē ipſius pulmonis cū corde: ⁊ tuſſim violentā. ⁊ ipetuo-
ſam. ⁊ facies eius ē rubea valde: ⁊ ſpālr poma maxillaꝝ. et
anhelitus eius ē frequēs et velox atqȝ calīs valde. ſȝ cū hoc
ē mediocris iter magnitudinē et paruitatē. et pulſus ipſius
eſt velox et frequēs. ita ꝙ valde ſubito vna ꝑcuſſio aliā ſeq
videtur. ſed nō ex neceſſitate pulſus durus eſſe repitur i hoc
apāte. qȝuis de nā apātis talis eē deberet. Sȝ qꝛ pulmo eſt
membꝝ molle. ob hoc oȝ qđ pulſus ad mollicię hēat decli
nare. ⁊ qꝛ nō ē neruoſuȝ ēt. et hac de cā multa talia accñtia
occultanť et ānihilanť q̄ apparere deberēt qȝrū ē đ nā apā
tis q̄ nō apparent. et ħ ē cā quare durities pulſus nō repiť i
ħ apāte qñ eſt in carnoſitate ipſius pulmonis. Sed ſi apo-
ſtema fuerit in pellicula q̄ eſt circūdās ipſum: tūc pulſus hȝ
ad duritię ꝑtinere: ſed ē oio abſqȝ dolore. Et qñ feb. videbiſ
acutam: et tuſſim violentam. et cū tuſſi aliquid nō ſcreabit
et oia ſigna que preſcripta ſunt in vnū collecta fuerint. ꝓ cer
to habeas ꝙ apoſtema eſt in pulmone. Et iā ſupradictū eſt
ꝙ iſtud apoſtema non fit ex puro flegmate. neqȝ eſt cholera
ſimplici: ſed gñať ex ſanguine. vel ex ſanguine et cho. mixtiſ
et eſt longinquuȝ ētvalde ꝙ apā oriatur in pulmōe ex melīa
eo ꝙ pulmo eā odit et abbominatur valde ꝑꝑ ipſius groſ-
ſiciē ⁊ acetoſiteȝ. Et ſcire debes ꝙ pulmo non nutritur niſi
ex ſanguine ſubtili claro rubeo atqȝ lucido. Ergo poſtq̄ȝ vi
deris in infirmo oia ſupraſcripta ſigna in vnū collecta phle
botama ipſum. conſideratis tñ conditionibus notis. ſ. etate
ꝯplōne. tp̄e anni: et regiōe. Et in ſūma dico ꝙ oio eſt minu
endus qñ ſic eſt. Sȝ preuiſio eē dȝ in minuēdo plus vel mi
nus. ꝓut melius videbitur cōuenire. Sȝ flōmia eē dȝ ex ba
ſilica dextri brachij vel ex ſaluatella manus q̄ i arabico dici
tur aȝilſac. Et ſit ſtudiū tuū i cibādo eū ex rebꝰ q̄ nō exce-
dant in frigiditate ſupflue. ſed ſint ꝯfortātia dupliciter. ſ. cū
aromaticitate et ſtipi. ſicut đ roſ ⁊ ſtipitibus myrti hūide.
Et ſubtilia regimen eius dando ei ſolā aquā hordei ordia
te factā et colatā. Et ſi fuerit debilis ꝟtutis vel ꝛ āe nō trā
ſeas vltra panatā. et fac eū abſtinere ab oī ſpē carnis oino:
qm̄ ſi ſic feceris: remouebiť apā. et liberabitur infirmus to
taliter deo dante. Et iā videre potes manifeſte ꝙ deus ſub
limis et gl̄ioſus ꝑꝑ ħ pulmonem creauit cum ſubā rara. et
cānalibus largis et dilatatis. vt ſupfluitates et viſcoſitateſ
inde valcāt faciliter ꝑtrāſire. Et qꝛ ipſe pulmo vicinus or
di exiſtit. Qđ qdē cor eſt mēbrū ſicut iā ſciuiſti qđ ē ꝯſerua
tiuū vite in oibus corpibus ex ſuo ſpū vitali q in eo q̄tidie
gñať ⁊ ꝯſuať. Et q ſuit huic ſpūi ē āhelitꝰ. Et cor ſm̄ dcm̄
pħi ē ꝑncipiū ⁊ radix oīuȝ ꝟtutū totiꝰ corpis: ⁊ ab ipo ſit eſ
fuſio ⁊ đlegatio oibꝰ mēbris. Et qdā ſūt q dñt ꝙ cor nō ē ra
dix ⁊ fundamētū niſi ꝟtutis vitalſ ſolū. ⁊ epar ꝟtutis nālis:
eo ꝙ ꝑ ipm̄ totū corpꝰ nutriť ⁊ augmētať. ⁊ cerebrū ſilr ꝑ ſe
ipm̄ ſolū ē ꝑncipiū ⁊ radix ſpūs aialis ⁊ ab ipo ꝓcedūt ꝟtu
teȝ ſenſꝰ ⁊ motꝰ. Sȝ he opi. nō ſūt medicie multe vtilitatiſ
nec ē res neceſſaria oio medico ad ſciēdū ipaȝ: eo ꝙ eſt res
difficilis ⁊ obſcura valde: ⁊ ꝑꝑ hoc fuit hec ꝯtentio ⁊ diſpu
tatio iā ſunt mille anni iter quoſdā. Sȝ id qđ neceſſariū eſt
ad ſciēduȝ i arte medicine: ⁊ abſqȝ cognitiōe cuiꝰ nō ē medi
cus noiandus ē certiſſime ſcire ⁊ cognoſcere ꝙ cor ē fons ⁊
ꝑncipiuȝ ſpūs vitalis ⁊ vite in aialibꝰ. Et ꝙ qeſcente motu
cordis ceſſat vita oino. Et ꝙ cerebrū ē fundamētum ⁊ ꝑnci
piuȝ ſpūs aialis. Et ſi aliqua de cā cerebro accideret ſolutō
ꝯtinuitatis moriretť aial in breui. Et epar ſilr eſt origo ⁊ fōs
ſpūs nālis: in quo eſt radix ⁊ ꝑncipium nutritionis: ⁊ ab ip
ſo tanq̄ȝ a fonte ⁊ origine ħ virtus oibus membris dirigiť ⁊
delegať. Et ſi accideret ei ſolō cōtinuitatis: nō diu aial cum
vita poſſet ꝑmanere: q̄ȝuis nō ita cito moriretť: ſicut ſi in ſu-
pradictis duobus mēbris accideret ⁊ eueniret. ⁊ cā huius ē
qꝛ mā ꝟtutis cordis ē ſpūs vitalis. q qdē ſpūs ē iſtrumētū
vite in oibꝰ mēbris: ſicut dcm̄ eſt. Quare qñ deſtruiť eiꝰ ope
ratio ceſſat vita oio: ſicut qñ remoueť vel ceſſat lux ſolis. vel
lampadis ſequitur tenebroſitas ⁊ obſcuritas ſubito ⁊ incō-
tinenti. Et hoc idem dicimꝰ de cerebro. Sed q̄ȝuis epar ſit
priceps ſpūs nālis: ⁊ ab ipſo ceteris mēbris dirigať: ſicut ab
alijs duobus. ſ. corde ⁊ cerebro ſui ꝓprij ſpiritus diriguntť.
tñ cum iſto ſpiritu nāli vadit ſanguis ad oia membra nutri-
enda. Qui qdem ſanguis indiget ꝯuerſione ⁊ mutatione: et
mutať ⁊ alterať de colore in coloreȝ ſm̄ nām vniuſcuiuſqȝ
mēbri recipientis: quare ħ ſpūs groſſe ſubē exiſtit reſpectu
ꝑdictoꝝ. ⁊ hec ꝯuerſio coloris in colorē: ⁊ ſubſtantie in ſub
ſtātiā nō fit niſi in tp̄e determinato ⁊ nō ſubito. Sȝ oꝑatio
q̄ fit a duobus alijs ꝑſcriptis mēbris ꝑncipalibꝰ agiť ⁊ opa
tur ex ſubtili ſubā eorundē. Quare ſi acciderit alicui iſtoruȝ
ſolutio ꝯtinuitatis ꝑuať ſubito eoꝝ operatio ⁊ beneficium
abſqȝ mora: ſicut claritas diei ceſſante ſole: et ēt in obſcuro
ceſſante ſplendore lāpadis incōtinenti ſeqtur obſcuritas et
tenebroſitas ꝑ ſe abſqȝ dilatiōe aliqua. Ergo manifeſtuȝ eſt
ex ꝑdictis ꝙ oia ꝑdicta tria mēbra ſunt principalia. ſ. cere
brum: cor: et epar: eo ꝙ nō ſolū habere videnť et repeniuntur
ꝟtutē inatā tm̄ qua ſeipā regūt: veꝝ ēt et ifluentē habere cō
probanť: ex qua fit ifluētia oibꝰ alijs mēbris corporis. et ſi-
nequa diu mēbra ꝑmanere nō poſſent: neqȝ vita i corpe Et
qđlibȝ iſtoꝝ eſt in ſe et ꝑ ſe ꝑncipale. et nō ē differentia iter
ipſa niſi i tēpore: q̄ȝuis pħo ariſtoteli videať ꝙ ſoluȝ cor ſit
ꝑncipale mēbrū. et vna ex ꝑncipalibꝰ cauſis ipſius ad ħ cō
firmāduȝ ē ꝙ cor eſt ꝑmuȝ mēbrum quod gñať in corpore

ſialis.⁊ talis q̄ſtio eſt philoſophica ⁊ nālis. Sȝ medicie ni
hil ↄferre videt. Et ego nō intēdo hic declarare niſi ea q̄ me
dicine p̄ricipaliter habeāt ptinere: et que nocumētis corpo-
ris poſſunt obuiare. Et q: iā elōgat⁹ ſuȝ hucuſqȝ a ꝓpria in
tentiōe: nunc ad p̄ſens ad ipſas redire intendo. Et dico ꝙ ꝓ
pter colligantiā ⁊ vicinitatē q̄ eſt pulmonis ad cor febris q̄
fit pp̄ ap̄a pulmonis ē peſſima valde et acuta: et ob hoc nā
conaf toto poſſe ad expulſionē nocumētoꝝ faciendā quam
citius pōt. Quare cū q̄ fit p flebotomiā ē neceſſaria valde
in p̄ricipio hui⁹ ap̄atis: et h̄ ſecure fieri pōt: eo ꝙ hec egritu
do acuta ē et breuis: pp̄ mollicie ſube corporis pulmōis. et
pp̄ caliditatē ipſi⁹ quā hȝ a vicinitate cordis: ⁊ a colligātia
ipſi⁹: ⁊ q̄buidā ap̄atibus aliq̄n accidit ſtrictura ⁊ coartatio
fortis anhelit⁹. ⁊ hoc fit vna duaꝝ cauſaꝝ: aut ex nimietate
putredinis facientis ſtricturā anhelitus: ſicut ſepe ↄtingit in
ap̄atib⁹ epatis: aut ex ↄuerſiōe hūoris i ſanieȝ qd̄ fit pp̄ groſ
ſitudinē mēbri ⁊ obediētiā hūoris: vt ē ſepe videri in pleure
ſi. Sȝ apoſtēa pulmonis ſemp̄ fit cū ſtrictura forti: et cū ma
gnitudine febris. Et curatio hui⁹ leuiter efficit et cōplete. et
hoc pp̄ raritatē mēbri et largitatē viaꝝ. Et q̄n apoſtema nō
reſoluit: ipoſſibile eſt qn vna duaꝝ cauſaꝝ eueniat: videlicet
ſolutio ↄtinuitatis in pulmone. vnde fit febris ethica et con
ſumptiua: aut exiccatio ſubſtātialis hūiditatis pulmōis: ex
qua fit deiectio et pthiſis. et in arabico dicit alcal. Et quā
do iſtis accidit inflatio pedū tunc mors ē vicina. Et ſi dictū
apoſtema ad saniē deuenerit. et in ſui exitu laudabilis appa
ruerit ſanies alba. ſ. et medioeriter ſpiſſa abſqȝ odore malo
ꝓlongabit egritudo. et fiet chronica. Sed ſi non fuerit alba
nec ſubſtātie mediocris. et color eius ad rubedinē decliaue-
rit. adhuc lōgior efficief. Et ſi ad nigredinē deuenerit. ſcias
ꝓ certo ꝙ ifirmus morief. et ēt ſi poſt nigrā albā et laudabi
lē ſpuerit. nō ꝓ tanto ē ↄſidendū qn ad vltimū moriaf. Et
ſcias ꝙ ſolutio cōtinuitatis q̄ fit in pulmōe eſt difficilis val
de ad coadunandū et conſolidandū pp̄ ↄtinuū motū ipſius
et ꝓpter ipſius ſube raritatē. cognoſcendo ēt ꝙ pulmo ē mē
brū maximi iuuamenti. Quare ſi ap̄a ei⁹ saniē gn̄auerit. et
ipſa ſanies fuerit viridis vel nigri coloris. morief infirmus
oio infra. xx. dies. Sȝ ſi ſanies p̄dicti ap̄atis alba fuerit. ꝓ-
longabit ifirmitas tp̄e lōgo abſqȝ liberatiōe et euaſione ſm
ſniaȝ medicoꝝ et fit ide ethicus et pthiſicus cū ſcreatione
ↄtinua et tuſſi iſeparabili. et diminuit caro eius cōtinue et
paulatine: ⁊ ↄuertit ad colorē fuſcū: ⁊ intrī macreſcit ⁊ exte-
nuaf donec cutis eius efficit tota rugoſa ⁊ cōtracta: ⁊ oculi
eius fiunt cōcaui. ⁊ nares acute: vngues incuruant ⁊ ad vl
timū nō pōt palpebras ſuperius eleuare: ⁊ hoc nō accidit ꝓ
pter ſomnū. ſȝ pp̄ defectū v̄tutis nō potentis ipſas eleuare.
Et cū ad hāc deuenerint diſpōnē: tūc mors: eius eſt vicina.
Et multi ex iſtis de pulmōe ſanguinē eijciunt ⁊ nō moriun
tur ꝓ maiori pte niſi poſt iflationē pedū ipſoꝝ. Et q̄buſdaȝ
ex iſtis accidit fluxus ventris pp̄ debilitateȝ virtutis reten-
tiue. vel pp̄ debilitatē v̄tutis imutatiue. ⁊ tūc velociter mo-
riuntur. Q: ſi dictum ap̄a saniē nō ꝑcreauerit tunc flōmia
cura ē ei pfecta. ⁊ liberabit cū ea deo dante. ⁊ ſubtiliare regi
men in hac egritudie ↄfert multū quēadmodū ſupradixim⁹
Et aſſueſcat ifirmus ea q̄ hēant ſubtiliare ⁊ apire. Et ex iſtiſ
q̄ expta ſunt ⁊ plimū approbata in ap̄atib⁹ pulmōis alchar
ſcainna. i. panicald. vel iringi ⁊ cuſbaralbeer. i. capilli vene
ris qdeȝ ↄferūt in hoc caſu: eo ꝙ cōplo eoꝝ tēpata exiſtit et
ob hoc ↄferūt p̄ ceteris alijs medicinis in diſſoluendo ap̄a
pulmonis. et proprietatem habent i omnibus egritudinib⁹
pulmonis. ⁊ cōferūt tuſſi. Et miſce cū p̄dictis medicinis q̄
hēant ventrē mollificare. ſicut ē raunt. ſciēdo ꝙ iſtud raūt.
qd̄ iſto meo tp̄e reperit nō ſolū hēt mollificare vētrē. veruȝ
ēt ipȝ purgare. q̄uis illud qd̄ antiqtus iueniebaf ſtrigere di
ceref. ¶ Medicamē ↄueniēs huic egritudini. ℞ liqritie. ⁊
panicald i alia carſene. ⁊ capilli veneris. ⁊ flauie. an̄. aur. ij.
violaꝝ. aur. i. raūt recētis. aur. 5. q̄libet p ſe conquaſſentur
ſicut ↄuenit. ⁊ ponanf oia ad lentū ignē ad buliendū preter
reubarbaꝝ in. xv. ℥. aq̄ ⁊ buliāt vſqȝ ad ↄſumptionem me-
dictatis. ⁊ colenf exprimēdo fortiter ⁊ cū hac decoctiōe diſ-
ſoluanf aur. viij. medulle caſſiefiſtule addēdo. ℥. ij. ſyrupi d
maſtice miſcendo huic p̄ſcriptū reubarbaꝝ ſubtiliter pulue
rizatū. ⁊ propina ifirmo ad bibendū qm̄ hec medicina ſua-
uiter corpus mollificat atqȝ purgat. ⁊ nō indiget illa cuſto-
dia que in alijs laxatiuis fieri ↄſueuit. Sed ꝓpina ei ad co-
medendū de pane. ℥. ij. vel. iij. ſi vis eū vberius reficere: at-
tendendo ꝙ q̄n tu das medicinā laxatiuam ſiue iſtā vel aliā
eā tepidā dare debes: eo ꝙ ſi fridaȝ dederis actualr̄. nocebit
ifrigidādo calorē nāleȝ. ⁊ coagulādo humores. ⁊ ſi calaȝ ſu
pfluе dederis iflāmabit calor accn̄talis. corrigēdo ifirmuȝ
ne in ſōno ſupflue ꝓfundef. Et ego ſpero i deū ꝙ cū hac cu
ra ⁊ via erimus ſufficientes in diſſolutiōe ⁊ curatione hui⁹
ap̄atis. Et cū videris acuitatē febris lēteſcere ⁊ qetaȝ fieri.
⁊ anhelitus malus nō affuerit: ⁊ tuſſis ſilr̄ mollis ⁊ lēta fue
rit: ſcias ꝓ certo ꝙ ap̄a tūc ē eliquatū. ⁊ cū fuerit infirmus
ex tali egritudine liberatus. ſecure propinquis dicere pote-
ris ꝙ optimā curā in ipſo es operatus. Et ſi cū hoc nō ſecu
tus fueris itentionē tuā. hoc ē ꝙ ap̄a conuertatur ad saniē.
⁊ cū ifirmus ſpuit ſcreat ſaniem tuſſiendo. que ſanies ſi ni-
gra fuerit vel viridis. vel iſtis coloribus ptineat. nō ē ſpe-
randū nec attendendū i alleuiatōe ⁊ curatione accidentium
ifirmi. ſed anteq̄ iudices de hoc facto prius ↄſiderare d̄bes
tenorē virtutis ifirmitatis. et fortitudinē egritudinis. et di-
es creticos. et iudica a principio ſcreationis huius ſaniei.
quoniā quāto citius et tēpeſtiui⁹ ſcreare ceperit taleȝ saniē
citius morief. ſciendo ꝙ pro maiori pte p̄ricipiū ſcreationis
ſaniei nō fit niſi i die cretica. Quare dico ꝙ ſi ſcreatio talis
ſaniei fuerit. vel iceperit in tertia die a p̄ricipio egritudinis
ꝙ ifirmus non tranſierit pro maiori parte ſextā diem a pri-
cipio egritudinis. Sed ſi virtus fortis fuertit morietur i oc-
taua die egritudinis. Et ſi ſcreatio ſaniei iceperit i ſexta die
ipoſſibile eſt ꝙ ifirmus tranſeat decimam diem. Et cuȝ ero
locutus de diebus creticis: tunc memorabor de his omni-
bus tractatu breui. Et ſanies illa que coloris eſt melōgia-
rum vel que viriditati habeat pertinere mixta nigredini: ma
gis mortis eſt ſignificatiua q̄ȝ illa que eſt rubei coloris ⁊ ali
orum colorum: eo ꝙ illi colores ſignificant mortificationeȝ
inati caloris. Et ſcias ꝙ ſanguis non erit niſi poſtq̄ȝ ap̄a ē
apertum. Et cum ſic eſt ſignum eſt certiſſime laxitudinis et
debilitatis nature non potentis digerere ⁊ conuertere ſan-
guinem illum ad ſaniem: quare hic non percipitur eſſe ali-
qua digō. Et cum dico ſanguis: non attendas ꝙ intelligaȝ
ſanguinem purum: ſed eſt mixtus cum alijs humoribus: ſȝ
denomino ipſum ſic a dn̄io ⁊ a colore. Sed cum ſanies ap-
paruerit alba ⁊ mediocriter ſpiſſa: ⁊ exierit leniter ⁊ abſqȝ di
ficultate: tunc ſecurus eſſe poteris ꝙ ꝓlongabitur egritudo
Et ſi ſtudioſus fueris valde in curatione ipſius regendo eū
perfecte prout ſibi conuenire videtur: proficies ei non modi
cum: ⁊ efficietur vita eius melior atqȝ leuior: et alleuiabunt
eius accidentia: et ſic operabit ifirmus omnes ſuas virtu-
tes naturales: exercebit artē ſuā. ⁊ poſſibile erit ꝙ recedent
ab ifirmo oīa ſua accidentia. in tm̄ ꝙ ab omnib⁹ putabitur
eſſe liberatus: ⁊ ipſemet ſe putabit eſſe sanū pfecte. Medic⁹
autem certiſſime ſcire debȝ: ſi illa eſt vera opinio vel non. O
quā dignus eſt laude talis medicus cum ſic operatus fue-
rit faciendo totū qcquid de arte fuerit faciendum. Infirm⁹
vero taliter permanebit. donec terminus eius fuerit. et talis
homo dici nō pōt abſolute ſanus nec ifirmus. Et regimen
ſaniei ap̄atis pulmonis eſſe debet cum rebus abſterſiuis et
mundificatiuiſ. et non calefactiuis cū aliqua iciſione et deſic-
catiōe ſicut ē terra ſigillata q̄ a ꝓprietate confert pulmoni. ⁊
q̄uis ſtipticitatē habeat. ꝓ tāto nō amittit v̄tutem confor-
tandi membra intrinſeca. et capilli veneris vſuspoſt quar-
tūdecimū diem confert ei. et beſbege. i. macis ēt poſtq̄ȝ fue
rit ablutū i aqua pluries eſt valde bonū. et cortices citri ſilr̄
ↄferūt valde i h̄ caſu. eo ꝙ fortitudo v̄tutis mirabiliter va-
let i hac egritudie. et he medicine quas diximus multum
valent habentibus saniē in pulmone ↄfortando. ℞. ergo ex

vnaquaqꝫ iſtaꝝ partes equales.⁊ bulliant in aqua.⁊ ꝓpi
na ifirmo ad bibēdū cū ſyrupo facto ex ſcariolis.aut cū ro-
ſis recētibus. Et ex rebus multū ꝯferentibꝰ huic egritudini
eſt h.ſ.vt capias bolū armenū ⁊ ponas eum in vaſe aliquo
terreo cū carbonibꝰ ignitis.⁊ ſit vas habēs coopertoꝛiū qđ
in medio ſuꝑficiei habeat foꝛamē vnuꝫ.vnde fumus poſſit
exire:⁊ aſperge ibi aquā roſaceā.⁊ recipiat ifirmus illū fu-
mum ꝑ os tēperate pluries in die.iſtud cōfert.qꝛ aromati-
cū ꝯfoꝛtādo pulmonē ⁊ coꝛ.exiccando pulmonē.⁊ rege cuꝫ
ſubtili regimie. Et meliꝰ regimen iſtis eſt panis bene fermē
tatus cū zucharo roſaceo. Et iam recoꝛdatꝰ ſuꝫ ꝙ pater me
us dicebat mihi.ꝙ pater ſuus habuit quēdā hiſpanuꝫ in
cura q patiebaṫ hanc egritudinē.⁊ extenuatus fuit in tm̄ ꝙ
tota caro eius cōſumpta fuerat.⁊ auus meus ipſum taliter
curauit.ſ.qꝛ cibabat eū pane bene fermentato cuꝫ zucharo
roſaceo.⁊ pane ſilr̄ bene fermentato cū oleo oliuaꝝ.⁊ taliter
reſumptus fuit.⁊ ſuā recuperauit humiditatē:nec ei ſuꝑue-
nit aliqđ accidēs malū.⁊ vixit poſtea tam longū tēpus ꝙ
medicus qui curabat eū.ſ.auus meꝰ obijt ante ipſuꝫ.⁊ po-
ſtea diu remāſit in manibꝰ patris mei. Et obijt ad vltimum
ex alia egritudine ⁊ nō ex iſta. Et mihi ſilr̄ qn̄ incepi pꝛacti-
care ſuꝑuenit ad manus meas qdā q patiebaṫ talē egritudi
nē.⁊ inui ei regimē dictū.⁊ ſic receſſit tuſſis ab eo. ⁊ ipigua
tus fuit.⁊ redijt ad opandā artē ſuaꝫ.⁊ ad exercendū omnes
actiōes ſuas:⁊ ſic vixit poſtea longo tpe:ita ꝙ eo tpe fuit epi
dimia in illa regione.⁊ ipſe moꝛtuus fuit in ipſa ex febꝛi acu
ta. Et iam iuenimus ꝙ Galienꝰ pꝛecepit dare tyriacā ma-
gnā in iſta egritudie.⁊ ꝯfert multū.lac etiam aſine recenter
mulctū.ita ꝙ icontinēti cū exit ab vbere recipiat eū ifirmus
nec ab aere ificiaṫ. Et qꝛ lac aſine ⁊ carnes eius nō ē licituꝫ
ſaracenis comedere.iō ꝑcipimꝰ ſumere lac capre. q̄ ſit ꝑfe-
cte ſanitatis loco eius. Et eſt neceſſe vt ꝓpines ei ad comedē
dū crura đ hello.⁊ medullā đ auſeg.⁊ oculos ramoꝝ ⁊ folia
ipſoꝝ. Et vua paſſa ad comedendū laudata ē valde in hoc
caſu. Aqua vero quā bibere dꝫ ſit mūda et pura et remota
ab oi mala qualitate. Et ego dico ꝙ oēs ſpēs carniuꝫ ſunt
male i hac egritudie. Et qꝛ ſtomachꝰ patiētis hāc egritudi
nē ē đbilis.iō ei debes dare de cibo in quātitate tali vt eum
poſſit digerere abſqꝫ difficultate magna. Et dixit ēt Gali.
ꝙ cancri fluuiales optie abluti ita ꝙ eoꝝ hoꝛribilitas ſit ab
lata et ꝯquaſſata decoquanṫ i aqua diu.poſtea colenṫ foꝛti
ter exp̄imēdo ꝙ illa decoctio multū valet in hoc caſu. Et
poſtq̄ꝫ Gali.hoc affirmat certiſſime credendū eſt ꝙ ſic ſit:
cū ſit talis ⁊ tantus in hac arte. Sꝫ hāc nō faciūt actionem
ſua cōplōne ſꝫ a ſui ꝓpꝛietate.eo ꝙ inter cōplōnem ipſoꝝ et
pulmonem exiſtit ſilitudo.et qꝛ nō ſūt groſſe ſubſtātie.⁊ ſūt
habentes hūiditatē i ſui cōplōne.et ſunt mūdificatiui hūo-
rum.iō in ſūma ſunt cōferentes i hac egritudie. Et cōmēda
uit ſilr̄ Gal.dare in hac egritudie trociſcos andaracharon
qm̄ ſunt iuuatiui valde. Et aliqn̄ ſanies oꝛitur in pulmone
abſqꝫ apā̄te noiato in arabico varam.q̄ ſit qn̄ adunantur
humoꝛes in coꝛpoꝛe pulmonis q nō poſſunt vere ſanies no
minari.eo ꝙ ſanies vā nō ē niſi in loco i quo ē iflatio atqꝫ
tumoꝛ. Sꝫ ſanies q̄ ſit abſqꝫ apā̄te ſit ex humoꝛibꝰ deriua-
tis i pulmōe ab alijs mēbꝛis q inuiſcanṫ ibi. Quare mēbꝛū
debilitaṫ intm̄ ꝙ nō pōt ipſos a ſe expellere.⁊ ꝑꝑ hoc dimi
nutio motus generaṫ ab anhelitu in loco illo vbi humoꝛ di
ctus fuerit iuiſcatus.et ꝯtineṫ h humoꝛ i cōmiſſuris ſuis.
Sꝫ vera ſanies generaṫ qn̄ tumeſcit pulmo.et iflatur ex ſo
lutiōe ꝯtinuitatis.q̄ oꝛta ē i eo ex diſpōe aliqua mala innata
ei. Et gn̄aṫ ſolō ꝯtinuitatis i pulmone ſicut i alijs mēbꝛis.
Et accn̄tia ꝓꝓꝛia q̄ accidūt ex dictis cāis ē extēſio quādo tuſ-
ſit:eo ꝙ ꝯſtringiṫ pectus ſuꝑ pulmonem:qn̄ repleṫ aere. Et
poſē ē ꝙ hec egritudo in pulmone accidat ex vna duaꝝ cau
ſaꝝ quas nūc diximꝰ. Et pōt ēt pulmoni euenire ſolutio cō
tinuitatis nō a ſe ipſo:ſed a ſuꝑfluitatibꝰ malis ibi deriua-
tis quēadmodū nunc diximꝰ de apā̄tibꝰ:⁊ pōt ſilr̄ in ipſo
oꝛiri coꝛroſio ex hūoꝛe acuto illuc delato ⁊ infuſo:qui hūoꝛ
ibi aduritur ex caloꝛe accn̄tali.aut ex ira.vel ab anguſtia ⁊
fatigatione ſuꝑfluа ſpūuꝫ:quare ab illo coꝛrodiṫ locus ⁊ vl
ceraṫ. Et cura huiꝰ eſt cura apā̄tis eiꝰ excepto ꝙ hec ē gra-
uioꝛ ad curandū:⁊ ꝙ ꝑncipalr̄ ꝯuenit in hoc caſu: ē tēꝑare
ꝯplonēꝫ:⁊ mitigare moꝛdicationē cū rebus ꝯuenientibꝰ ſi-
bi.ſicut cū viſcoſitate ſeminū citonioꝝ:⁊ cū đcoctiōe iuiuba
ruꝫ ⁊ liqritie:⁊ bibat ipſaꝫ.⁊ ſit ēt ſolō ꝯtinuitatis i pulmōe
ex foꝛti extēſione fcā in ipſo ab impetuoſa ⁊ valida tuſſi: vel
a clamoꝛe foꝛti.aut a ſuꝑfluo onere atqꝫ graui vltra q̄ꝫ ſua
poſſitas exigit ⁊ reqrit.vel ex caſu a loco alto aut ex urtatiōe
⁊ ipulſione facta cū pectoꝛe valida atqꝫ foꝛti:⁊ iſti tales eijci
unt ꝑmo ſanguinē feruenteꝫ abſqꝫ maxia tuſſi. Et ſanguis
ille q eijciṫ ē lucidus ⁊ rubeꝰ nō groſſus ſꝫ ſubtilis. Et cū di
co de ſāguie feruēte.itellige ꝙ ſit āpulloſus ⁊ ſpūoſus. Et cu
ra hoꝝ ē pꝛio flōmare ifirmū ex baſilica đxtri bꝛachij.minu
endo de ſanguine ꝓut virtus eius exigit ⁊ reqrit.⁊ ſubtilia-
re regimē eꝰ multū.⁊ nō exerciteṫ.nec moueaṫ.ſꝫ qeſcat.⁊ ca
ueat a riſu:⁊ a ſuꝑfluа locutiōe.⁊ ſpāliter ab alta vocifera-
tione:⁊ cū videris ꝙ tuſſis violēter inqetat euꝫ: ꝑcipe ei vt
omni modo ⁊ ingenio abſtineat ab ipſa toto poſſe : ⁊ teneat
pillulas leues ſub liġua ꝯtinue.quas dicturus ſum hic iſe-
rius.deglutiendo eas paulatine.donec mitigeṫ tuſſis.⁊ cu-
rando tuſſim curabiṫ ſilr̄ cā ipſa q̄ facit ipſaꝫ egritudinem.
Q: ſi cā fuerit tenſio facta a ſuꝑflua repletiōe.cura eiꝰ pꝛo-
pꝛia ē flōmia.⁊ ſi fuerit caſus vel ꝑcuſſio inunges locū cuꝫ
oleo roſaceo tepido. Q: ſi tuſſis fuerit ex catarro. tūc curan
dus ē ꝑmo catarrus ſicut cā ꝑmitiua.⁊ aн̄s huiꝰ egritudi-
nis.⁊ medicie q̄ ꝯferunt in hac egritudie.ſ.catarro ſunt me
dicie ſtiptice ſubtiles.qm̄ ſua ſubtilitate de facili poſſunt ad
pulmonē deriuare.⁊ ſtipticitate ſua hn̄t ipſuꝫ ⁊ partes ſuas
ꝯſtringere ⁊ coadunare atqꝫ ꝯfoꝛtare. ne ſuperfluitates ad
ipm̄ veniētes recipiat.⁊ ſuādo viā hāc quā oꝛdinauimus.
abſqꝫ dubio nō modicū ifirmo ꝓficies đo daute. Et iā ſu-
pꝛa diximꝰ ꝙ flōmare debes baſilicaꝫ dextri bꝛachij in hac
egritudie:⁊ mihi videṫ ꝙ facta flōmia baſilice flōmāda ſit
vna ex arterijs q̄ eis magis vicinaṫ.⁊ ſubtilia regimen eius
dādo ſolū ptiſanā oꝛdei:⁊ liga coxas eius iſtitis vnāquāqꝫ
ꝑ ſe ligatione foꝛti:faciēdo eū quieſcere abſqꝫ laboꝛe.⁊ pꝛo-
pina ei oi mane aliqd ad bibendū:qđ habeat ꝯfoꝛtare cū ſti
pticitate aliqua.ſicut ē ſyrupꝰ roſaceꝰ cū aqua dulci:⁊ ſi aq̄
fuerit ex fonte q reſpiciat verſus oꝛientē erit laudabilioꝛ.⁊ exti
gue in aqua illa calybē puriſſimū atqꝫ mundū tādiu donec
ad minus ex aqua diminuaṫ quarta ꝑs ipſius.ſternendo in
domo eiꝰ folia vitis ⁊ myrtelle ⁊ ſimiliū:⁊ odoꝛet citonia et
roſas.⁊ ea q̄ habeāt coꝛ cōfoꝛtare.et dilatare.ad hoc vt ſan
guis diuidaṫ ⁊ ſpargatur ad exterioꝛa coꝛꝑis:⁊ nō ꝓhibeas
ei ſōnū:nec exerceas te multū i ꝓuocādo ipſum.ſed dimitte
illud nature. Et ſi cognoueris ꝙ humoꝛ a capite diſſoluaṫ:
⁊ iferius diſtilleṫ ad pectus ⁊ ad pulmonē. ⁊ tempus fuerit
hyemis: cōplexio eiꝰ humida ⁊ frigida extiterit.tunc pꝛepa
ra ei hoc medicamē. ℞.macis partē vnā gariofiloꝝ parteꝫ
ſemis.⁊ piꝑis nigri partē decimā.fiat puluis ſubtiliſſimꝰ:
ſparge ſuꝑ partē anterioꝛē capitis.qm̄ multū confert i hoc
caſu.et ſpecialiter qn̄ ꝑmitiua cā huius egritudinis fuerit
ex catarro. Et calefacere partē anterioꝛē capitis temperate
quocūqꝫ mō fiat ꝓdeſt multū i hac egritudie. Sꝫ ſi cā huiꝰ
catarri fuerit ex aere calido:oio abſtinēdū ē ab omnibus ꝑ-
dictis medicinis:nec ſpargere đbes ſuper caput aliqua que
ſint cōplexionis calide ⁊ ſicce in exceſſu:ſed ſufficiūt ea que
ſunt tēꝑate cōplexionis.cū modica ſiccitate ⁊ aromaticita
te:laboꝛando i remouēdo tuſſim toto poſſe:cognoſcendo ꝙ
qn̄ totū qcquid comediṫ ⁊ bibiṫ ſemel ⁊ abſqꝫ dilatiōe de-
glutiṫ moꝛe ſolito:nō ꝑuenit vtus illius ad pulmoneꝫ niſi ꝑ
viā reſudatiōis videlicet eo mō quo videṫ in vaſis recentibꝰ
terreis qn̄ iplentur aqua:qm̄ tūc trapellando et reſudando
per poꝛos ipſoꝝ exterius ad modum roris effunditur atqꝫ
manat:⁊ ꝑꝑ hoc oꝛdinamus pillulas ad tenendum ꝯtinue
ſub lingua:ad hoc vt medicamē ipm̄ paulatine degluciēdo
poſſit ad pulmonē deriuare:⁊ vtus haꝝ pillulaꝝ eē dꝫ con-
foꝛtatiua cū modica ſtipticitate ⁊ ſiccitate:pertinens ad ali-

ipſa in ſuo itinere rami coniungentes ſe aliquibus lacertis epigloti. Et qñ deriuant pectoꝛi diuidunt adhuc ibidē. Et tandē redeunt adhuc extremitates ſue ad ſuperioꝛa donec iungantur lacerto epigloti. Et diuidunt alique ipſoꝝ extremitates in diafragmate pꝛope coꝛ ⁊ pulmonē ⁊ meri: ⁊ partibus exiſtentibus circa iſta. Et reſiduū iſtaꝝ: ⁊ maior pars ipſaꝝ vadit donec cōpꝛimant diafragma. Et cōiunguntur in oꝛificio ſtomaci maioꝛ pars ipſaꝝ. Et reſiduū coniungit pellicule epatis ⁊ ſplenis ⁊ reſiduitatibus inteſtinoꝛum. Et coniunguntur ipſi ibi alique partes paris tertij: ⁊ ipſum .ſ. par oꝛitur a poſterioꝛi parte cerebꝛi . ⁊ coniungitur quinto. Demum diuiditur ab ipſo. ⁊ erit a loco ſuture nominate in arabico aldaroallami. Et par ſeptimū incipit a poſteriori parte cerebꝛi a loco natiuitatis nuche ⁊ diuiditur in lacerto lingue epigloti. Et videtur ſenſibiliter quaſi vt exeant ſeu naſcantur paria ex nucha .xxxi. neruoꝛum. Et vnus .ſ. neruus eſt abſqꝫ ſocio ſibi oppoſito. Et paria octo ipſoꝝ exierunt intus ex ſpondilibus colli. Et duodecim paria ex ſpōdilibus nuche ad locum oppoſitionis doꝛſi in directo pectoꝛis. Et paria quinque ex ſpondilibus nominatis alchacam. Et iſta ſunt in inferioꝛi parte doꝛſi. Et parit tria ex oſſe aggez. Et tria ex oſſe aſſe .ſ. caude. Et alterum non habens oppoſitum erit ex medietate extremitatis oſſis nominatim aſſem .ſ. caude. Et par pꝛimū erit ex foꝛamine iuncture pꝛie iuncturarum colli. ⁊ aſcendit vſqꝫquo diuidatur in lacertis capitis. ❡ Et ſcdꝫ par erit ex foꝛamine exiſtēte in iunctura pꝛima ⁊ ſecunda. Et tandem ſeparatur in duas partes. Et iungitur extremitas ipſius in cutim capitis. Et extremitas alia in lacertis colli ⁊ in lacertis ſpatule. ⁊ tertium par ipſi⁹ erit ex foꝛamine exiſtente inter iuncturam ſecundam ⁊ tertiā Et diuiditur in partes duas. Una tendit ad lacertos exiſtētes in doꝛſo. ⁊ alia vadit verſus partem anterioꝛem . ⁊ diuiditur in lacerto poſito ex oppoſito ipſius ⁊ in exiſtente ſupꝛa ipſum. ❡ Et quartum erit inter iuncturam tertiam ⁊ quartam. ⁊ diuiditur in pattes tres. Una quarum tendit ad diafragma: ⁊ alia ad extremitatem lacerti exiſtentem in capite ⁊ in ceruice. ⁊ extremitas alia ad extremitatem lacerti ſpatule. Et quintum oꝛitur inter ſpondile quartum ⁊ ſeptimum. Et ſextum oꝛitur inter ſpondile quintum ⁊ ſextum. Et ſeptimum inter ſpondile ſextum ⁊ ſeptimum. Et octauum inter ſpondile ſeptimum et octauum ⁊ ibi eſt finis nodoꝛum colli. ⁊ nerui deſcendentes ab iſtis omnes ſunt diuiſi in partibus quarum ipſarum partium vna vadit ad lacertos pectoꝛis et ceruicis: partes alie vadunt ad lacertos doꝛſi ⁊ diafragmatis: preter paris octaui cuius aliquid non tēdit diafrgmati: et relique partes tendunt ad haſech ⁊ brachio et ſpatule. Sed paris ſexti quedam pars tendit ad lacertum ſpatule et pars alia ad haſceh. ❡ Et ſeptimi pars vadit ad lacertum exiſtentem in haſech. Et alia pars diuiditur in cutim reſidui haſcech. ⁊ aliquid octaui paris tranſmittitur in cutim brachij. ⁊ extremitas ſui tendit ad lacertum bꝛachij. ⁊ par nonum erit inter ſpondile octauum et nonum. ⁊ illud eſt pꝛincipium ſpondilium doꝛſi . ⁊ diuiditur vna ſuarum extremitatum in lacerto exiſtente intus in coſtis. ⁊ alia extremitas in lacerto doꝛſi. ⁊ alia extremitas deſcendit ad ſpatulam et extenditur in ipſam. ⁊ par decimum erit inter ſpondilem nonum et decimum. ⁊ pars vna ipſius vadit ad cutim haſcech. ⁊ reſiduū diuiditur: ⁊ pars vna ipſius tendit verſus faciem: ⁊ diuiditur in lacerto exiſtente in coſtis: et in lacerto inueſtito ſupꝛa pectus. ❡ Et alia diniditur in lacerto doꝛſi et ſpatule: et per hanc viā eſt exitus neruorum et diuiſio ipſoꝛum .ſ. par vnum inter iūcturas duas vſqꝫ ad complementum duodecimi paris donec exeant ad par complens viginti paria ex coꝛpoꝛe ſpondilis que ſunt decem ⁊ nouem. Et poſtea exeunt poria ex alchatini ex coꝛpoꝛe totius ceruicis par vnun vſqꝫ ad complementuꝫ qnqꝫ parium: et partes ipſoꝛum tendunt ad anterioꝛa: et dinidun tur in lacerto exiſtente ſupꝛa ventrem: ⁊ alique diuiduntur in lacerto exiſtente ſupꝛa lumbos: et miſcentur in partibus tribus exiſtentibus ſupꝛa ipſum nerui deſcendentes a cerebꝛo: ⁊ a paribus duobus exiſtentibus ſub iſtis tribus deſcendunt ab ipſis rami magni ad crus donec deſcēdt ad extremitatem pedis . ❡ Et demum oꝛiuntur paria tria ab oſſe haggez ex vnoquoqꝫ foꝛamine par vnum pꝛīcipiū eoꝛum eſt a ſpondili vigeſimoquinto. ⁊ demum exeunt paria tria ex oſſe caude nominatum in arabico haſcech. ⁊ ſolus abſqꝫ ſocio: generatio ipſius pꝛima eſt inter os tertiuꝫ oſſis aggez. ⁊ os pꝛimum oſſis haſceth. ſcilicet caude : quod eſt os caude. ⁊ poſt ſecundum iſtum oꝛdinem inter duo ſpondilia par vnum vſqꝫ ad finem trium parium et ſolus oꝛit ex fine caude: et ēt iſta ſex paria. ❡ Par pꝛimum miſcetur cum paribus venientibus ad crura. ⁊ reſiduum ipſoꝛum diuidirur i lacertis ani et veretri: et veſice: et vulue: et pelliculis ventris. ⁊ in partibus venientibus ab oſſe vmbilicali: et a lacertis venientibus vel oꝛientibus ab oſſe haggez.

❡ Cap. viij. Quod eſt de ligamentis

T ligamenta que ſunt nominata in lingua Arabica rebathat. eius coꝛpus eſt vel eorum medium inter coꝛpus oſſis et coꝛpus muſcult: et coꝛ oꝛtus eſt inter extremitates nodoſitatū oſſium.

❡ Capl'. ix. Quod eſt de choꝛdis.

Hoꝛde que nominantur in arabico hauthar: ſūt medie inter ligamenta ⁊ neruos. Et earum oꝛtuſ ſeu natiuitas eſt ex neruo veniente ad lacertum. ⁊ a ligamento oꝛto ab oſſe.

❡ Capitulum. x. Quod eſt de carne.

Arnis tres ſunt ſpecies : vna eſt caro mixta cum neruo ⁊ choꝛda ⁊ illa nomiatur lacertus ſiue muſculus: ⁊ illa eſt maioꝛ pars carnis totius coꝛpoꝛis: ⁊ hec ero memoꝛatus in capitulo membꝛoꝛum officialium. ❡ Secunda ſpecies eſt ſpecies carnis pure: ⁊ in hac ſunt multa ligamēta: ⁊ hec eſt minoꝛ ſpecies coꝛpoꝛis. ❡ Tertia ſpecies eſt carniſ glanduloſe: ⁊ caro pura ē illa que eſt in capite membꝛi .ſ. veretri: ⁊ illa que eſt in loco occulto doꝛſi: ⁊ ex illa eſt caro exiſtens inter dentes. Sed caro nominata glāduloſa eſt caro teſticuloꝝ ⁊ mammillarū: et ex illa eſt ēt in radice lingue: ⁊ ex illa eſt caro exñs i ſub aſcellis ⁊ in duobus emūctoꝛijs nominatis in arabico oꝛbitaꝫ: ⁊ que eſt poſt aures ⁊ in collo. ⁊ iſtius ſpeciei eſt caro que eſt inter inteſtina ⁊ neruos.

❡ Capituluꝫ. xi. Quod eſt de villis.

Ed de villis ero memoꝛatus cum ero rememoꝛatus membꝛa compoſita exiſtentia intus i coꝛpoꝛe eo quia ille eſt locus conueniens rememoꝛationis ipſoꝛum ibi.

❡ Capitulum. xij. Quod eſt de humoꝛibus .

T humoꝛes apparentes in coꝛpoꝛe humano ſūt quatuoꝛ .ſ. ſanguis: flegma cholera ⁊ melia.

❡ Capitulum decimumtertiū. Quod eſt de ſimplicibus membꝛis.

T ſimplicia membꝛa ſunt: cutis: vngues ⁊ capilli ⁊ hoc eſt manifeſtum.

❡ Capitulum. xiiij. Quod eſt de ſpiritu.

Piritus duo ſunt ſcilicet ſpiritus apparens i coꝛde et ſpiritus apparens in cerebꝛo. ſed ſpiritus i epate non apparet per viam ſenſus. Et hec ſunt verba dicta ſupꝛa ſimplicia membꝛa que ſufficientia eſſe videntur in hoc loco. et qui volunt amplius addere addant. Et nunc redibo ad loquendum ſupꝛa officialia mēbꝛa. et incipiam a membꝛo ſimplicioꝛi omnium ipſoꝛuꝫ ⁊ iſtud eſt lacertus ſiue muſculus.

❡ Capitulum. xv. Quod eſt de lacerto.

Acertus eſt coꝛpus compoſituꝫ ex carne rubea: ⁊ ligamentis: et neruo aſcendentibus ſupꝛa ipſum Et ipſe ē induēs oſſa ligatus ligaturis naſcentibus ab oſſibus. et iſtud eſt quando neruus coniungitur ſupꝛeme extremitati ipſius lacerti. Tandem diui

ditur in partes: ⁊ miſcetur exiture carnis lacertus: ⁊ germinat in oſſe poſito ſub lacerto ligaturam: ⁊ miſcetur cum neruo ⁊ carne ⁊ demum ex omnibus iſtis erit corpus vnum nominatum lacertus. Et quando partes nerui veniunt ad extremitatem inferiorem lacerti: tunc adunate ſunt partes nerui ad partes ligamentorum ſolum abſq3 alia ammixtione carnis. et tandem erit ab iſtis corpus nominatum chorda: ⁊ hec corda tendit donec iungatur extremitati inferiori illiꝰ membri. Et omnes lacerti ſm intentionem Gal. exiſtentes in corpus ſunt. 529. Et dictum eſt ꝙ hec corpora variantur in forma in quantitate. et in compoſitione. et quando virtꝰ ab iſtis germinatur. chorde in forma compoſitionis ipſorū tandem variantur in quantitate qm̄ aliqui ſunt magni ⁊ aliqui parui. Magnꝰ ē ſicut lacertus poſitus ſupra coxā ⁊ ꝑuus ē ſicut lacertus poſitus ſupra oculum. Et variatio ipſorum eſt in forma ꝙ tales ſunt ex lacertis quorum caro ipſorum non miſcetur cū neruo: ⁊ variatio ipſoꝝ eſt in chordis orientibus ab ipſis: qm̄ tales ex ipſis ſunt ꝙ chorda oritur ex duobus lacertis: et tales ſunt a quibus ambobus ab vno quoq3 eorum oriuntur chorde. 2. vel. 3. et hoc ſm ꝙ conuenit eis. Sed variationes ipſorum ex parte oppoſitionis ipſorum ſunt ꝙ aliqui ipſoꝝ oppoſitio ſua eſt in directo membri ⁊ aliqui non. Et ſi debemus loqui in vnoquoq3 lacerto lacertoꝝ hec verba eſſent prolixa valde: nec eſſent huic arti multū neceſſaria: hoc eſt ad medicinandum ꝑ cibos et medicinas. Sed chirurgicis. i. operantibus cū ferro magnū eēt iuuamentū. Et dico adhuc ꝙ poſt terminationē iſtaꝝ rerū partium lucrū cōſequeremur. Et ego narrabo de neruis qn̄ ero locutus iuuamentum ipſoꝝ in libro ſanitatis.

❡ Capitulum. xvj. Quod eſt de forma capitis.

Forma capitis naturalis eſt rotunda habens aliquam planitiē in vtroq3 latere ac ſi imaginatus fueris formam ceream rotundam eſſe compreſſaz i vtroq3 latere. Habens intrinſecus concauitates coniungentes ſe adinuicez. et nominantur cellule cerebri et ſunt due exiſtentes in parte anteriori cerebri et vna in medio. et alia in poſteriori parte. et prope coniunctionem iſtarum cellularum ſcilicet partis vnius cuz altera: ſunt corpora formata formis talibus vt ſint conuenientes in aliquo tempore ad claudendum vel ad aperiendum. Et inſunt cerebro due additiones germinate a duabus cellulis anterioribus ſimilibus duobus capitibus mām̄illarum deriuantes vſq3 ad os nominatum colatoriuz ⁊ iſtud ē os pforatum foraminibus multis: ſed nō per viā rectā ſed obliquā: et locus iſtius in craneo eſt locus cui coniungitur extremitas naſi. Et ex pāniculis duobus cerebri vnꝰ ex iſtis eſt fortis ⁊ groſſus: ⁊ alius ē ſubtilis. Subtilis coniunctus eſt cerebro ⁊ nominatus eſt capitis ſecundina vel ſecunda: ⁊ aſſimilatur ſecundine: eo ꝙ in ipſo ſunt nerui ⁊ vene: ex quibus nutritur cerebrum: ⁊ ipſe ꝯtinuatur cerebro in aliqbꝰ locis. Et pāniculus groſſus ꝯiungit craneo: ⁊ etiā cerebro ꝯiungit in aliqbus locis. Et hic pāniculus fortis perforatus exiſtit foraminibus multis in locis duobus. Unus locus eſt in latere foraminis extremitatis naſi: ⁊ nominatuz eſt colatorium: ⁊ alter eſt prope oſſe exiſtente in palato. Et iſtud ſimiliter eſt perforatum ⁊ ſub cerebro. Et ſub panniculo groſſo ē retis que in arabico nominatur alagema que eſt ex arterijs aſcendentibus caput. Sed nuche ſpōdilia ipſaz coopiūt ſicut os cranei coopit cerebꝝ: ⁊ ipſa circūdat a duabꝰ pellicul' exeūtibus a duobꝰ pāniculis cerebri: ⁊ ex ipſa oritur neruꝰ q ei ꝯiūgit.

❡ Cap. xvii. Quod eſt de forma oculorū.

Forma oculi compoſita eſt ex ſeptez tunicis et tribus humoribus. Prima ipſaꝝ ē que ꝓpe craneum morat: ⁊ eſt tunica pannoſa: ⁊ eius ortus ē ex panniculo groſſo exiſtente in cerebro: ⁊ nominat tunica fortis: ⁊ in arabico noiata ē aluocha alſalba. Et poſt ipſam verſus partem exteriorē eſt altera tunica pannoſa. Et eius ortus ē ex panniculo ſubtili exiſtente in cerebro. Et nominatur ſecunda vel ſecūdina: ⁊ arabice almiſſima. Et poſt iſtam ē tunica retina: ⁊ ortus eius ē ex anima muſculi exeūtis a cerebro: ⁊ ē concauuſ. Et poſt iſtam in medio iſtius pāniculi ē corpus vnum molle ⁊ humidum nominatum humor vitreus: ⁊ in arabico alzegia. Et in medio iſtius corporis ē corpus vnum ſpericum habens aliquam latitudinem ſimilem grandini in claritate ⁊ albedie: ⁊ hec humiditas nominatur grandinoſa: ⁊ ē corpus profundatum in hūiditate vitrea vſq3 ad medietatem. Et poſt aliam medietatem exiſtētem verſus partem exteriorem. ſ. aeris ab humiditate grandinoſa ē vnum corpus ſimile tele aranee. ⁊ illud ē in vltimo claritatis ⁊ terſionis. ⁊ nominatur tela aranea: ⁊ in arabico haantebuthia. Et poſt iſtam verſus partem exteriorem exiſtit humiditas vna ſimilis albugini oui: ⁊ noiatur humor albugineꝰ: ⁊ aſcendit ſupra iſtam humiditatem veſrus partez exteriorem corpus vnum ſubtile aſperuz: nominatū in arabico maciuaru: verſus albuginem ex parte exteriori. Et color eius variatur in corporibus: eo ꝙ alicui ē valde nigrum ⁊ alicui minus. ⁊ alicui ē coloris calcedōij. Et in medio verſus grādinoſaz ē foramē vnū qꝺ qn̄q3 dilatat ⁊ qn̄q3 ꝯſtringitur: vice vna poſt aliam ſm ꝙ conuenit humiditati grandinoſe quando ē habens lucem: quoniam conſtringitur in magna luce: ⁊ dilatatur i parua. Et iſtud foramen nominatur oculi pupilla. ⁊ h̄ tunica nominatur tunica pupillina. Et poſt iſtam ē coopertura vna corporis vnius groſſi: ⁊ fortis ⁊ clari. ſ. coloris celeſtis. ſimile celo factum ad modū cornu albi: ⁊ nominata ē tunica cornea: ⁊ color eiꝰ exiſtit ad modum eius tunice que exiſtit ſub ea. Et aſcendit ſupra iſtud corpus vnum valde album nominatum coniunctiua: ꝑ̄ter ꝙ non cooperit locum nigredinis oculi: ⁊ iſtud nominat albedo oculi. Et eius ortus ē ex pellicula que ē verſus os exterioris cranei. Et ortus cornee ē ex tunica forti. et ortꝰ vue eſt ex ſecundina et ortus aranee eſt ex retina.

❡ Cap. xviij. Quod eſt de forma naſi.

Forma naſi ſunt due vie diuidētes ſe i partes duas. Una earum deriuatur ad extremitatem oris ⁊ alia aſcendit deſuper donec iungatur oſſi ſimili colatori qꝺ compoſitum ē verſus duas adeptiones anterioris partis cerebri ſimilium capitibꝰ mamillaꝝ ⁊ iſte vie circūdāt ex vna pellicl'a groſſa orta ex pellicula oris.

❡ Cap. xix. Quod eſt de forma auris.

Ja auris ē in oſſe petroſo. ⁊ ideo nominantur in lingua arabica agari: ⁊ in ipſo ſunt vie obliqua multe ⁊ tendunt taliter ꝑ viam tortā donec iungantur muſculo quinto orto a cerebro a quo oritur pellicula extenſa ſupra os petroſuz. Sed corpus carthillaginoſum exſis exterius ē auricula nominatum ⁊ iſtud eſt manifeſtū.

❡ Cap. xx. Quod eſt de forma lingue.

Jngua ē caro mollis ⁊ alba. inuoluta venis multis ⁊ paruis in qbus ē ſanguis: ⁊ ſunt vene i ipſa ⁊ arterie ⁊ muſculi in quātitate maiori vltra quo vt ſue magnitudin videtur conuenire ⁊ ipſa cooperitur pellicula oris. Et ſub iſta duo exiſtunt orificia iungentia vſq3 ad carnē glanduloſam ipſius que eſt poſita ſub radice ipſius.

❡ Cap. xxi. Quod eſt de extremitate oris:

Xtremitas oris tendit vſq3 ad iſtas vias vna ex parte anteriori ⁊ illa nominatur cāna pulmonis Et alia poſita eſt poſt ipſam ex parte ceruicis ſupra ſpondilia colli: et hec nominatur meri. Et ꝑ iſtam tranſit cibus et potus. Sed per viam canne pulmōis tranſeunt ſpiritus ⁊ intrant et exeunt per viam hanelitus. ⁊ poſitum eſt ſupra viam iſtam coopertorium vnum ad cooperiendū ipſam in hora deglutiendi vt aliqd nō poſſit ſubintrare de eo qꝺ deglutitur: qꝛ ſi aliquid ſubintrat incontinenti ꝓuocatur tuſſis. Et iam preparatum eſt in hoc loco inſtrumentum vnū in quo ē vox verſus orificiū cāne pulmonis. ⁊ iſtꝺ iſtrumētū ē mēbꝝ noiatū epiglotū. ⁊ in arabico haugera. et ip̄z ē cōpoſitū ex tribꝰ carthillaginibꝰ ꝯpōne

pulchra ꝯuenienti eſſe vocis: iō vt ſit edificata ⁊ fabricata
ex iſtis tribus carthillagibꝰ zāpognavna vel fiſtula ſil'is zā
pogne fiſtule. ſ. ⁊ flaiboli. Et in ꝯcauitate iſtius zampogne
eſt corpus ſimile lingue fiſtule: ⁊ in iſtis locis ſunt lacerta
multavel ſecreta multa.

Caplm. xxii. Quod eſt de anotomia totius vētris.

Lias ꝙ cōcauitas totius ventris exñtis ſub oſſe
trachee vſq; ad os lumbi diuiſa eſt in duas ma-
gnas partes: vna eſt ſupius cooperiēs pulmonē
et cor: et ſecūda eſt inferiꝰ cooperiēs ſtomachū: ⁊
īteſtina: ⁊ epar: ⁊ ſplen: ⁊ fel: ⁊ renes: ⁊ vuluā: ⁊ veſicā. Et di
uidunt iſte due cōcauitates membro vno nomiato diafrag
ma: et iſtud diafragma incipit a capite pectoris tendens p
diametrū inferius ad vnūqdq; duoꝝ lateꝝ donec deriuet.
xij. ſpōdili nuche: ⁊ iſtud ē diuidēs iter ſupiora ⁊ inferiora.
Demū ꝯcauitas ſuperior diuidit i partes duas ⁊ ille partes
diuidunt vno medio qd trāſit p mediū illaꝝ partiū donec
iungat ſpōdilibus nuche. Et hec cōcauitas ſupior tota no
minat pectus: ⁊ terminus ipſius eſt a ſuperiori parte duoꝝ
trache vſq; ad diafragma qd diuidit ſuperiora ab iferiori
bus: et hec eſt forma pectoris.

Cap. xxiij. Quodē de anotomia pulmōis ⁊ cāne eius.

Anna pulmonis icipit ab extremitate oris ſicut
diximus: ⁊ qñ deſcendit ſub tracha diuiditur i. ij
partes. ⁊ qlibet ps ipſaꝝ diuidit i plibus ptibus
⁊ circa ipſas edificata ⁊ fabricata ē caro pulmo-
nis. et iteꝝ edificata ē ex oibus iſtis cannis diuiſis. et venis
exñtibus ſub ipſis caro pulmonis ⁊. caro edificata ⁊ fabrica
ta circa ipas eſt corpꝰ pulmōis medietas vo plmōis ē i ꝯca
uitate dxtra. ⁊ medietas alia i ꝯcauitate ſiniſtra. Et cāna. ſ.
ipſiꝰ pulmōiſ pparata ē ⁊ ꝯpoſita ex carthillaginibꝰ i forma
annuloꝝ: ſ; nō ſūt annuli ꝯpleti: eo ꝙ iq̄ztitate ptis tertie an
nuloꝝ ipoꝝ extremitates ſue ꝯiūgunt eiſ pellicle vni. al'. pel
licula vna tēdēs p viā rectā. ⁊ ꝯiūgunt iſti annuli ſil' villiſ: ⁊
ligaturis mltis. S; iſti ānuli ꝓpe ſt duri et carthillagioſi. et
gibboſitates iſtoꝝ annuloꝝ ſūt vſus ptē exteriorē corpis. et
pñt palpitari manibꝰ. ſ. pellicula ꝯiūgēs annulos p viaz re
ctā. S; locus rectꝰ ipoꝝ ꝯiūctus ē meri. Et h ē ac ſi ymagi
nat fueris i corde tuo fiſtulā vnā vniꝰ cāne. ⁊. iij. ptes iciſa
ſit i longitudinem ⁊ partes due integre remaueant. et pis.
ij. iciſa i lōgitudinē ꝯiūcta ſit glutie cū carthavna cū amba
bꝰ extremitatibꝰ linea recta ſiue perpendiculari. ⁊ tandem in
telligens cānam pulmonis per viam cōuenientē ⁊ rectam.

Cap. xxiiij. Qd ē de anotomia cordis ⁊ forma eius.

Orma cordis ē rotunda ad modū pinee q̄ in ara
bico noiat femiara: ſed ē trāſuerſa eo ꝙ acuitaſ
cordis exiſtit verſus iferiora corporis: ⁊ radix ver
ſus ſuperiorē ptē corpis. Et h; pelliculaz vnam
groſſam circūdātē ipm. ſed nō ꝯiungit tota verſus radicez.
Et poſitū ē i medio pectoris: ſ; caput eius. ſ. acuitas ten
dit magis ad partē ſiniſtram. Et arteria magna orit ex iſta
parte. ſ. ſiniſtra: ⁊ iō apparet pulſus maior i iſta pte. et pp h
ymaginant aliq ꝙ cor ſit poſitū i iſta parte. Et h; cor cōca-
uitates duas magnas. vnā ex parte dextra aliam ex parte ſi
niſtra. ⁊ vſus radicē ſuā eſt res vna ſilis carthillagini. ⁊ ip
ſa ē quaſi fundamātū totiꝰ cordis. et a cōcauitate dextra ad
ſiniſtram ſunt vie. et in cōcauitate dextra ſunt orificia duo.
Unū ipſoꝝ ē orificium vene ꝯiuncte epati q̄ orit ab epe ſm
Ga. et a corde ſm Ariſto. Et ſupra iſtud orificiū ſūt pellicu
le tres aperiētes ſe ſeu dilatātes in hora itroitꝰ ſanguis i ip;
et demū claudit clauſione ꝯuenienti. Et orificiū h; ē orifici
um vene ꝯiungēs ſe ex iſta cōcauitate in pulmonē. et ē vena
vna q̄ nō pulſat eo ꝙ tunice ipſiꝰ ſūt groſſe ad ſilitudinē ar-
terie. et iſtd orificiū h; pelliculas aperiētes ſe extra et ñ. al'.
nūc itus ex aduerſo pelliculaꝝ alterius orificij. Et i ꝯcauita
te ptis ſiniſtre ſunt duo orificia. vnum ē orificiuz arterie ma
gne. et h; pelliculas tres apientes ſe itriſecꝰ vſus ptē exteri-
orē. Et. ij. ē orificiū arterie ꝯiūgētis ſe in pulmone. et ſupra
iſtud orificiū ē pellicula vna aperiens ſe itus ⁊ extra. Et h;
cor additiones duas ſilēs auribus: vna ex pte dextra exiſtit
⁊ altera in ſiniſtra. Et pulmo ē violatizans. ſ. cor: ⁊ cor ha
bet texturas multas variantes ſe in oppoſitione.

Cap. xxv. Quod eſt de forma ſtomaci ⁊ meri.

Am diximus ꝙ in extremitate oris ſunt vie due.
vna eſt via aie. ſ. aeris ad pulmonē: ⁊ ſa ē via ci
bi ⁊ potꝰ p meri: ⁊ hoc vocat meri: ⁊ iſtud ꝯpoſi-
tū ē ex duabus tunicis: vnā ē extrinſecus ⁊ ē car
noſa ⁊ textura ipſius tēdit in latitudinē. Et alia ē intrinſe-
cus ⁊ ē neruoſa. al'. muſculoſa ⁊ textura ipſiꝰ tēdit i lōgitu-
dinē ⁊ aliqd ipſiꝰ tēdit p diametrū: ⁊ ip; poſitū ē i poſteriori
pte ſupra ſpōdilia colli: ⁊ ip; elōgatur ⁊ deſcēdt iferiꝰ donec
trāſceat dyafragma ⁊ ligatū ē ſpondilibus ⁊ villis ipm ligā
tibus. Et qñ trāſit diafragma dilatat ⁊ fit ex ipſo ſtomachꝰ
⁊ tēdit aliq̄ztulū vſus ptē ſiniſtrā. Et iō dicit ꝙ caput ſtōa
ci qeſcit i pte ſiniſtra. ⁊ fundū in pte dextra. imagina ergo in
corde tuo cucurbitā vnā rotūdā hñtem collū lōgū: ⁊ cū ipa
iūgat collū aliud: ⁊ ſic itelligēs formā ſtōi ⁊ meri: niſi ꝙ ſto
machus exiſtit a latere verſus dorſū aliquantulum longus
⁊ vnum ex duobus capitibus ipſius ſtomachi ſupius eſt me
ri. ⁊ inferius ē principium inteſtinorum ⁊ noiatur portana-
riū ⁊ in arabico albeb: ⁊ ipſe. ſ. ſtomachus eſt ligatus ſpōdi
libus ⁊ etiā cū aliqbus inteſtinoꝝ fortibus ligaturis ſuſtinē
tibꝰ. Et corpus ſtōi compoſitum ē ex tribus tunicis. textura
vnius tendit in longitudinē: ⁊ alia vadit p diametrū. ⁊ illa
ē itrinſecus. ⁊ ē illa tunica ideſt neruoſa: al'. muſculoſa. ⁊ ex
terior ē carnoſa: ⁊ textura ipſius tendit in latitudinem

Cap. xxvi. Quod eſt de forma inteſtinorum.

Nteſtina cōpoſita ſunt ex duabus tunicis et ha
bent texturam tēdētem in latitudinem ſolū ⁊ ſup
tunicam interiorem adeſt viſcoſitas noiata i ara
bico laſuen. inueſtita ex ipſa inuiſcatione ſiue vi
ſcoſitate a natura. Et omnia inteſtina ſunt ſex tria minuta: ⁊
ſunt ſuperiora. ⁊ tria groſſa ⁊ ſunt inferiora. ⁊ principiū miu
torum ē inteſtinū coniunctum fundo ſtomachi nominatum
duodenum. Et poſt ipſum ē inteſtinum noiatum ieiunum
⁊ iſta duo ſunt erecta in longitudine corporis: ⁊ orificia iſto
rum coniungunt in epate plus alijs inteſtinis. ⁊ poſt ieiunū
eſt inteſtinū nominatū gracile: ⁊ ipſum reuoluitur reuolutio
nibus pluribus. Et latitudo iſtoꝝ triū inteſtinoꝝ ē admōm
vel ad quantitatem latitudinis portanarij. Et poſt iſta ē in
teſtinum noiatum orbum et iſtud inteiſtnum ē latū nō hñs
tranſitum nec iter. ſed ſimile ē fiſculo vel marſupio. ⁊ qr nō
h; niſi vnum os: ideo per ipſuz intrat et exit qcquid itrat et
exit et ipſum ē in parte dextra poſitum. et poſt iſtud ē inteſti
num nominatum colon. et incipit a parte dextra tendēs per
latitudinem ventris ad partem ſiniſtram. Et poſt iſtud ē in
teſtinum rectum: et iſtud inteſtinum rectū h; cōcauitatē am
plam in qua coadunantur feces. ſicut vrina in veſica coadu
natur. et ſuper orificium iſtius ē lacertus vrine.

Cap. xxvij. Quod ē de forma epatis.

Par poſitum ē in latere dextro coſtarum ſupe-
riorum ex coſtis ſupioribus. et forma ipſius eſt
forma lune et ē habens ꝯcauitatē in parte lateriſ
ſtomachi et additamenta. et aliqbus inſunt qua
tuor et aliquibus quinq;. et ipſum ē cooperiens ſupra latuſ
dextrum ſtomachum: et gibboſitas ipſius ē verſus dyafrag
ma. et ē ligatum ligamentis coniungentibus ſe pellicule exi
ſtenti ſupra ipſum. et oritur a concauitate ipſius epatis ca-
nale vnum nominatum ianua epatis et forma ipſius ē for-
ma vene. niſi qr ē non habens ſanguinē. et illud canale ē di
uiſum in partes. et ille partes ſunt ptes multe in quantitate
multa et veniūt ex ipſis. ſ. ptibus ptes multe ad fūdū ſtōi et
ad inteſtinū noiatum duodenum. et multe ēt ptes ad iteſti-
nū veniūt ieiunū et demū ad reſiduū alioꝝ inteſtinoꝝ donec
iungant inteſtino recto. Et iſtud canale qd ē in porta epatiſ
diuiditur etiā in partibus interioribus ipſius epatis ad par
tes minutas. ſ. ad venas capillares ſilēs capillis. Et a pte
gibboſitatis epatis apparet vena vna magna a qua oēs ve

ne totius corꝑis volant ſiue exeunt:ſicut diximus in anotomia venarum: ⁊ radix ipſius vene diuidiť ab epate ad ꝑtes minutas ſi'es capillis:⁊ obuiatur i ꝑtes diuiſas a canali nominato porta:⁊ nutrimento chimoſum intrat in epate ꝑ ſuā ianuā:⁊ in illis venis decoqť donec redeat ad ſanguinem:⁊ demū erit ꝑ illā venā magnā exñtem in ſua gibboſitate.

¶Cap.xxviij.Quod eſt de forma ſplenis.

Orma ſplenis eſt longa:⁊ poſitum eſt in ꝑte ſiniſtra ligatum ligamentis coniungentibus pellicule exiſtentibus.ſ.ipſum:⁊ eſt continuatuꝫ ſtomacho ex vna parte:⁊ ex alia parte coſtis poſterioribus:⁊ oriuntur ab ipſo conducta duo vnum ex ipſis coniūgitur ori ſtomachi ⁊ aliud coniungitur in epate verſus concauitatem.

¶Cap.xxix.Quod eſt de forma fellis.

El poſitū eſt in epate:⁊ habet vias duas: vna cōiungitur in concauitate epatis:⁊ alia ramificať ⁊ ꝯiungitur inferioribus inteſtinis ⁊ in fundo ſtōi.

¶Cap.xxx.Quod eſt de forma ⁊ anotomia renum.

Uo renes poſiti ſunt in latere duorum lateꝝ ſpōdiliū nuche ꝓpe epar ⁊ rendexter eſt in altiori loco rene ſiniſtro:⁊ vnumquodqꝫ ꝫ colla duo:vnū ipſorum coniungitur in vena magna aſcendente a gibboſitate epatis:⁊ aliud deſcendit inferius donec coniūgatur in veſica cōiunctiōe mirabili.⁊ iſte due vie.ſ.iſta duo colla nominantur in arabico alalbin.

¶Cap.xxxi.Quod eſt de forma veſice.

Ocus veſice eſt inter anum ⁊ vmbilicum:qui locus ē nominatus in arabico ana:⁊ compoſita eſt ex duabus tunicis.⁊ in orificio ſui eſt lacert⁹ vn⁹ ⁊ vrina venit a rēibus ad ipſaꝫ per vias nominatas alhalbin.⁊ iſte due vie tendunt per diametrum: ⁊ vadunt etiam per longum donec tranſeant infra i veſicaꝫ ⁊ oritur ab ipſis corpus vnum ſimile pellicule que aperit veſicā ⁊ claudit eam ex parte renuꝫ.⁊ iſtud ē ſine dubio vt aliquid non redeat de vrina ad renes.

¶Cap.xxxij.Quod ē de anotomia mirach.⁊ zirbi.

Irach quod ēt in arabico nominatur mirach.hꝫ ſub lacerto exñte in veſtito ſub ventre pelliculam vnā.⁊ ē plana.⁊ poſt iſtā ē cooptoriū.⁊ poſt ſunt inteſtina.⁊ iuuamentū iſtius pellicule ē ad obuiandum ne inteſtina ſil'cōmiſceanť:ſicut fit in egritudine in arabico noīata ſachot.⁊ iuuamentū cooptorij eſt ad calefaciendū iteſtina:⁊ de iſtis ero locutus largi⁹ in lib.ſanitatis.

¶Cap.xxxiij.Qđ ē de anotomia veretri ⁊ teſticuloꝝ.

Ritur ex oſſe vmbilicali corpus neruoſum:muſculoſuꝫ amplū:⁊ multaꝝ ꝯcauitatum:⁊ ſunt ſub ipſo arterie multe ⁊ late vltra eo ꝙ ꝯueniret ſue magnitudini:⁊ iſtud corpus ē veretrū ⁊ oriuntur a pellicula vie due noīate in arabico albarbachi:⁊ demum ramificatur ⁊ generatur ex ipſis pellicula.ſ.burſa teſticuloꝝ ⁊ etiā teſticuli:⁊ veniūt a latere interiori ex parte venaꝝ inferiorum rami habentes inuolutiones ⁊ ligamenta multa.et circundantur carne glanduloſa alba:⁊ habent teſticuli vias duas venientes ab ipſis ad veretrum.

¶Caplm.xxxiiij.Quod ē de anotomia mamillaruꝫ.

Amilla ē cōpoſita ex arterijs:venis et muſculis:⁊ ē repleta carne glanduloſa alba:⁊ iſte arterie ⁊ vene diuiſe ſunt in mamillis in partes multas minutas:⁊ reuoluuntur ⁊ torquentur reuolutionibus ⁊ tortionibus multis.

¶Cap.xxxv.Qđ ē de anotomia vulue.

Ulua poſita ē iter veſicā ⁊ iteſtinū rectū:ſed ē ſuperās veſicā ex ꝑte ſuꝑiori:⁊ ligata ē ligaturis lenibus:⁊ ipſe ſunt muſculoſe: vt de facili poſſint extendi ⁊ dilatari ⁊ coadunari ⁊ conſtringi. ⁊ habet cameras duas iungentes in vno orificio:⁊ q̄libet iſtarū camerarū hꝫ loca concaua:⁊ nominata ſunt in arabico alzech:⁊ iſta ſunt orificia venaꝝ:vñ ſanguis menſtru⁹ tranſit in vuluā. Et poſt illas.ſ.duas cameras ſunt additiōes que teſticuli duo mulieris dicunť ⁊ ſunt minores teſticulis virorum. Et id qđ ſuꝑat ex vulua durat vſqꝫ ad orificiū ipſius: qđ nominatū ē in arabico fereg.hēt additamēta ꝓhibētia ipſuꝫ a frigore. Et orificiū vulue virginis ē criſpū:⁊ ex criſpitudīe illa oriunť vene multe habētes pellicullā vnā contextā duab⁹ texturis.vna tendit ī lōgitudinē:⁊ illa eſt minor: ⁊ altera vadit ī latitudinē. Et quātitas hui⁹ anotomie mēbrorum ſufficiat hic:⁊ ſi aliq volūt plus addere addant.

¶Explicit liber primus Colliget auerroys qui fuit liber de Anotomia.

¶Incipit liber ſecundus qui ē de ſanitate ⁊ eſt continens capitula viginti ⁊ duo.

¶Cap.i.Quod eſt de ſanitate ⁊ de complexione atqꝫ compoſitione membrorum in vniuerſali.

Anitas eſt bona diſpoſitio in membris corporis humani.cum qua ipſum operať operatione quam habet agere per ſui naturam ⁊ patitur paſſionem quam habet pati. Et iſta diffinitio ē ex diffinitionibus per ſe notis. Et ideo qr mēbrorum ſm ꝙ teſtificatur ſenſus ſunt due ſpecies conſimilis ⁊ officialis. debemus intelligere in vnaquaqꝫ ſpecie ipſorum quid ipſa ē. ⁊ ponere differentias earum.⁊ poſtea debemus enarrare que ē actio ⁊ paſſio que appropriatur vnicuiqꝫ membro. ⁊ quādo nos faciemus iſtud tunc cognoſcemus quid ē ſanitas vera cognitione. Et incipimus loqui ſuper corpus conſimiliū partium. Et dicimus ꝙ via in cognitione rei cum qua operať membrum conſimile ſuas operationes:⁊ patitur ſuas paſſiones.ē via per quam nos poſſumus certificari in radicibus iſtius ſcientie:poſtquam nos reperimus hec verba declarata in naturali philoſophia ſcilicet ꝙ omnia corpora ſimilium partium inquantum ſunt ſimilium partium : ſunt compoſita ex quatuor elementis. ſcilicet ex igne aere terra ⁊ aqua ⁊ eſt declaratum in libro generationis ⁊ corru.ꝙ via generationis non eſt niſi ex parte temperantie commixtionis ⁊ complexionis .Et in quarto metheurorum eſt declaratum ꝙ complexio ⁊ commixtio non fit niſi per modū decoctionis.que decoctio nō fit niſi ꝑ calorē. Et ꝙ differentia que reperitur in iſtis corporib⁹ cōſimilib⁹ nō euenit ſm differentiā ⁊ menſurā ſeu tēperantiā calidi.frigidi.humidi ⁊ ſicci.⁊ ſm ꝙ inueniť in eis alia forma tēperātie:⁊ ē determinatū ibi ꝙ forme eoꝝ nō ſunt aliud q̄ꝫ forme tēperantie cōplexionalis.⁊ ꝙ accidētia que ſunt propria in vnaquaqꝫ ſpecie ipſorū nō ſunt ſtantia ꝑ ſe ſed ſunt ſequentia formas cōplexionales. Et hec ē narratio q̄ erat multū neceſſaria anticipare hic. Et ſunt v̇ba que ſunt declarata in naturali philoſophia ꝑ demōſtrationes proprias ⁊ ordinatas. Et quando medici ſtudent tractare de iſtis reb⁹ in huiuſmōi arte:eorum verba nō ſunt ſuꝑ iſta nec propria:nec ordinata: eo ꝙ ſtudent attribuere res vniuerſales entibus particularib⁹:et ideo eoꝝ dicta non ſunt propria:⁊ non ſunt ſuꝑ viā quā intendunt probare:⁊ tunc cadunt in re quā credunt adducere ꝑ demonſtrationē. Et iſta res accidit Gal.in libro.de complexione.ſ.ꝙ doctrina eius in illo libro nō incedit ſm doctrinā qua fecit in libro de elementis per viā demonſtratiuam:⁊ iſta verba erunt multū leuia apud illum qui ſtuduerit in logica etiam paruo tēpore. Et modo volumus reuerti ad ordinem verboruꝫ noſtroꝝ.⁊ dicimus ꝙ iſte res quando erūt ſm modū quē diximus:tunc erit intellectum ꝙ res quā diximus ꝙ mēbrum cōſimile agit cū ea actionem ſuaꝫ aut paſſioneꝫ ſuaꝫ patiť nō ē alia res q̄ꝫ forma cōplexional' que ꝓuenit a menſura cōmixtiōis quatuor elementoꝝ. Et quoniā res miſcibiles nō inueniunť i mixto niſi duob⁹ modis. Unus ē vt menſure ſint equales:et iſta mixtio vocatur mixtio equalis cōparando ipſam extremitatib⁹.eo ꝙ ē in medio earū nō declinans. Secūdus eſt vt non ſint inequalibus mēſuris:⁊ iſta etiā inequalitas eſt multis modis:⁊ ſm iſtam inequalitatē ſunt diuerſificate ⁊ inequales facte com

plexiones ſpecierū. Sed dabimus ꝓ exēplo huius ꝙ ſicut complexio equi eſt diuerſa a ꝯplexione hoīs: ideo q: mēſure elemētoꝝ ſunt mixte i eo ſup latitudinē diuerſaꝫ cōmixtionis mēſurarū eaꝝ in hoīe. Et ideo ꝙ illa forma ꝯplexional' que eſt ꝓpria in vnaquaqꝫ ſpecie inueniṫ in ipſa eadē ſpecie inequalitate ⁊ diſtemperantia media inter multum ⁊ paruꝫ: ⁊ etiam habet latitudinem que recipit plus ⁊ minus intra extremitates: que temperantia ⁊ equalitas non erit de eis niſi qñ corrumpiṫ forma ſpecifica earum. neceſſe eſt ex hoc ꝙ vna ⁊ eadem complexio ſpecialis ſit equalis ⁊ exiens ab equalitate. Et iſtud eſt aut in vna quatuor qualitatum aut in duabus: quarū poſſibilis eſt cōpoſitio adinuicem. ſ. actiuarū ⁊ paſſiuaꝝ: quaꝝ vna nō ꝯtradicit alteri. ſ. calida ⁊ humida: frigida ⁊ ſicca: aut calida ⁊ ſicca. frigida ⁊ humida. ergo cōplexiones ꝯſimiliū partiū ſunt ꝺ neceſſitate. ix. ſ. eq̄l' ca. fri. ſic. ⁊ hu. aut ca. ⁊ hu. aut ca. ⁊ ſic. aut fr. ⁊ hu. aut fri. ⁊ ſic. Sed ſi inueniuntur iſte. ix. in corpore hominis in fine ſimilanti fini extremitatis elementoꝝ in menſura qualitatū. Iſtud āt nō poſſꝫ eē ſi nō eēt poſſibile iuenire corpꝰ cōſimilium partium: in quo menſure elementorum eſſent equales penitus in quantitate. Et vie ſpeculationis multum neceſſarie ſunt hic. tunc apparet ꝙ eſt impoſſibile eſſe hic i quātitate partium eorum. ſ. in grauitate ⁊ leuitate. Iō qꝺ dominans ſup corꝑa partium cōſimiliū eſt aqua ⁊ terra. ideo habent coagulationē ⁊ firmitudinem. ⁊ qualitates q̄ faciunt ipſa firmari ⁊ cōpleri ſunt ille q̄ faciunt coctionem ⁊ digeſtionem: ⁊ ideo eſt appropriatū generabile. al'. naturale dña tiōi ꝑtis agētis ⁊ calide: ⁊ patiētis hu. cū qbꝰ fit mixtio ⁊ coctio: ⁊ totū hoc ē declaratū in. iiij. metheuroꝝ. ⁊ ab illis regulis ē ꝓbatū ꝙ cōpl'ones nō ſunt niſi qnqꝫ ſolū: vna ſcilicet equalis ⁊ quatuor inequales. Et ꝙ eſt impoſſibile duo corpora inuenire q̄ ſint cōia in caliditate ꝙ vnum ſit ſiccius alio. ſicut opinaṫ. G. in puero ⁊ iuuene: ⁊ iā declarauimus iſtud in alio loco meliꝰ. Et ſcias in ſumma ꝙ mēſure duaꝝ qualitatū actiuaꝝ ſumunṫ a menſuris duaꝝ qualitatū paſſiuarū: eo ꝙ forme ꝓprie hn̄t materias proprias ſub eis. Et nos videmus ſi nos exiremus ab intentiōe publica multitudinis medicoꝝ eēt difficile intelligere: ⁊ ideo nos loquimur de hoc nimis. Et adhuc error qui accideret ex hoc in hac arte ē multū paruus: ⁊ iō nō facimꝰ hic nouuꝫ ꝓceptuꝫ Et etiaꝫ error quē diximus ꝺtēperata cōplexiōe eſt paruus. Et ideo dicimꝰ ꝙ ē veꝝ v̄bū. G. de eo ꝙ dixit de cute vole manus. Et magis in iſta pala vel palma apud arabes et ſonat pro extrema parte palme verſus digitos palme. ⁊ pluſ in iſta que ē ſuper parteꝫ que vocaṫ formiculata. Et quādo erit totū hoc qꝺ narrauimꝰ. tunc res cum qua operantur partes ꝯſimiles ſuas actiones aut patiunṫ ſuas paſſiones ē de neceſſitate vna iſtaꝝ nouē cōplexionū ſiue ſint partes cōſimiles alijs ſiue nō. Et ideo neceſſariū eſt ſcire naturalem cōplexionē de iſtis nouē cōplexionibꝰ cuiuſlibet mēbrorūꝫ ꝙ illa cōplexio ē tēꝑrata ꝯparando ipſaꝫ actioni membri aut paſſioni eius. Et iſta tēperantia eſt illa que eſt dicta tēperantia ſpecialis ſpeciei. et ipſa ē illa cōplexio quā oportet ꝯſeruari in hac arte aut reſtaurari. Et quando ſtabimꝰ ſup complexionē cuiuſlibet mēbrorū conſimilium. tunc ſtabimus ſup complexionē membroꝝ compoſitoruꝫ ex ipſis. Et quādoqꝫ pl's. ideo ꝙ cōplexio quedā ē que appropriatur membro officiali inquantū ē officiale. ⁊ quedā ē appropriata ei inquantū ē ꝯſili'ū partiū. nō ex parte vnde eſt officiale ⁊ quando nos ſtabimus ex hac parte ſuper complexionem cuiuſlibet membri membroꝝ officialiū. tūc poterimus ſtare ſup cōplexioneꝫ temperatam appropriatā toti corpori. iꝺo ꝙ cōplexioneꝫ nos non approbamus niſi in hoc ꝙ ē inuenta mēbris officialibꝰ ex qbus eſt compoſitū. et ex membris officialibus. et ex parte cōſilium. et eſt neceſſe vt ſcias in primis ꝙ ex mēbris vel corporibus quedam ſunt compoſita ex elementis ꝓma cōpoſitione. et quedā ſunt compoſita mediante ꝓma cōpoſitione. ⁊ membra ꝯſimilia q̄ ſunt partes animalis ſunt huiuſmodi ſpeciei. ideo quia non generantur niſi ex ſanguine ſolūmodo. et ſanguis generatur ex cibis ⁊ potibus. Et ſcias ꝙ ſperma nō ē ex rebus q̄ ſunt pars membri aut ſimplex aut aliqꝺ aliud mēbroꝝ. ſicut declaratum ē in naturali philoſophia. Et ego faciā longiorem ſermoneꝫ in tractatu de iuuamento membroꝝ. Nec etiam melancholia: cholera: ⁊ phlegma ſunt elementa mēbroꝝ ꝯſimiliū ꝑ viā ſm quā eſt ſanguis. Ideo ꝙ res que generantur pluſqꝫ ex vna re nō cōplētur: niſi qñ miſcentur ille res adiuicem: ⁊ faciunt vnū corpus ſicut eſt ſquzibin: qꝺ fit ex cōmixtione mellis cum aceto ⁊ aqua: quoꝝ quodlibet ſtabat per ſe in actu. Et in vulua non inueniūtur melancholia nec cholera i actu que miſceanṫ cū ſanguine ad hoc vt ſint poſtea ꝑs membri. Sed cholera ⁊ melancholia ſunt in corpore hominis ex certis iuuamentis: que nos feſtinamus declarare. Sed flegma eſt materia remota: ideo ꝙ ex ipſo nō generanṫ membra niſi qñ fit ſanguis. Et due cholere non ſunt materie mēbri nec ꝓpinque nec remote: ideo quia eſt impoſſibile ipſas conuerti in ſanguinē: ſed ipſe ſunt in eo in potentia: q: qñ corrumpiṫ multotiens cōuertitur ad eas. Et nō fecit eos errare in hoc niſi locus conſequentis: ideo quod viderūt ꝙ elementa non inueniuntur in cōpoſito ex eis niſi in potentia: cū dixerunt hoc. Sed ⁊ non ꝯuertitur ꝙ res que inuenitur i alia re i potentia ſit eius elementū. Sed ſanguis eſt hyle tranſibile vel mutabile ad aliam rem per accidens nō ſicut eſt hyle cibus iſtorum ꝑ accidens: ſed ſicut vita eſt hyle mortis. Et iō non dicitur ꝙ fex ⁊ ſpuma ſit elementū vini: ſed dicitur ꝙ vinuꝫ eſt cōpletuꝫ exiſtentibus ſeꝑatis iſtis ab eo: ideo q: ſunt eiuſ ſupfluitates ſeꝑate ab eo qñ digeriṫ: ita ſunt vere due cholere cum ſanguine: eo ꝙ quodlibet generabile hꝫ aliquam ſuperfluitatem que ſeꝑatur ab ipſo tempore digeſtionis.

¶ Capitulum. ij. Quod eſt de complexionibus membrorum conſimilium.

Et poſtquaꝫ eſt declaratum iſtud reuertemur ad ordinem noſtrum ad enarrandum complexioneꝫ quorumlibet membrorum conſimiliū. ⁊ ab illa ꝓcedemus ad cognitionem eorum actionū ⁊ paſſionum: ⁊ dicemus ꝙ oſſa apparent ex ſuo eſſe: ꝙ frigiditas ⁊ ſiccitas domināτur ſup ea: ⁊ ſimiliter carthillagines: ⁊ pili: ⁊ chorde: ⁊ ligamēta: ⁊ nerui: ⁊ vene: ⁊ panniculi: eo ꝙ calor ea coxit: ⁊ frigiditas congelauit: ⁊ ideo mollificat ea calor aut diſſoluit. Et iſta qualitas eſt in vno eorum pluſquam i alio Et videtur ꝙ ſiccior omnibus ſit pilus: poſt illum os: ⁊ poſt illud carthillago. ⁊ poſt ligamentū: ⁊ poſt illud panniculus: ⁊ poſt illuꝫ vene: ⁊ poſt illas ſunt vene pulſatiles: ⁊ poſt illas neruus vel muſculus. Sed ſuperfluitas frigiditatis eorum eſt iſta: ꝙ pilus eſt frigidior omnibus ⁊ poſt illuꝫ oſſa ⁊ poſt illa carthillago: ⁊ poſt illā ligamentum: ⁊ poſt illud panniculus: ⁊ poſt ilium lacertus: ⁊ poſt illuꝫ vene pulſatiles: ⁊ nō pulſatiles. Et iſta membra. f. ⁊. s. non appropriantur frigiditati niſi propter hoc ꝙ frigiditas eſt illa que complet ea: ⁊ dominantur in eis: non ꝙ ipſa ſint priuata calore: ſicut ipſa ſunt appropriata ſiccitati. ideo ꝙ ſiccitas eſt illa que complet ea: ⁊ dominatur in eis: non ꝙ ſint priuata humiditate quia mixtio ⁊ digeſtio ſtant ſuper humiditatem. ⁊ calor qui eſt in iſtis ē in ſpecie ſpecierum accidentis. Sed membra ſuper que dominatur calor ⁊ humor ſunt caro: ſanguis ⁊ ſpiritus. Sed calidius omnibus ē ſpiritus ⁊ poſt illū ē ſanguis ⁊ poſt illum caro. Et per iſtam eandem viam incedunt humiditates. ideo ꝙ ſpiritus eſt de genere aeris. ⁊ aer eſt humidior aqua ſicut declaratum eſt in naturali philoſophia. Sed inter membra frigida ⁊ humida in primis eſt adeps: ⁊ poſt illum eſt pinguedo. ⁊ poſt illam cerebrum ſcilicet ſubſtantia medullaris. ⁊ humiditates incedunt ſm hanc viam: Et hic ē pelagus in quo aliquis multum haberet nauigare ſi tempus adeſſet. Et in alijs noſtris libris iam locuti ſumꝰ prolixe. Sed multum recordare: ⁊ caue ne obliuiſcaris qꝺ dictum eſt ſupra ſcilicet ꝙ de neceſſitate ē ꝙ ſint gradus virtutum actiuarum ſuper vnam ⁊ eandem complexionem ſecundum comparationem graduum virtutum paſſiuarum

⁊ non intendas poſt conſilium ignoratum in hoc. ⁊ conueniens eſt medico recipere complexionem iſtorum membrorum a naturali.

¶ Capitulum.iij. Quod eſt de complexionibus membrorum officialium.

Et nunc incipiemus a complexione membroruꝫ officialium poſtq̃ꝫ diximus de cõplexione conſimilium. Et dicimus ꝙ cor poſtq̃ꝫ eſt compoſitũ ex pãniculis ⁊ ligamentis ⁊ neruis ẽ de neceſſitate calidũ pp multum ſpiritum exiſtentem in eo: ⁊ pp ſanguinẽ exiſtentem in eo: ⁊ etiã pp partem carnoſam quã hꝫ: ⁊ ſtat in corpore ad ſimilitudinẽ vnius clibani ignis in domo Sꝫ ſi eſt ſiccum ſicut dicunt medici: aut tpatũ: aut declinãs ad humiditatẽ: hoc eſt ſpeculandũ. Sed mihi videtur ꝙ eſt declinans ad humiditatem pp ſpiritum exiſtentẽ in eo. Sꝫ illud quod videtur ex epate ex ſua eſſentia eſt ꝙ ſit calidũ ⁊ humiduꝫ. Proterea q: maior pars ſuarum partium eſt carnoſa ſanguinea: ⁊ etiam ad ipſum tranſmittuntur multe arterie. Et hic multa ſunt inquirenda: ⁊ q: medico non pertinent: ideo dimittamus. Et cerebrũ eſt frigidum: ideo ꝙ maior pars ſuarum partium eſt ſubã medullaris ⁊ neruoſa: ⁊ ſimilis huic. Et natura medulle que eſt ĩ ipſo eſt diuerſa a natura medulle que eſt in oſſibus: q: tu vides ꝙ non eſt in eo pars pinguoſa: aut vnctuoſa: ⁊ quãdo coquit̃ ad ignem ingroſſatur ⁊ deſiccatur: ideo ꝙ pars aquoſa que eſt in eo reſoluit̃ pp calorem: ⁊ remanet pars terreſtris. ¶ Et queãdmodum diximus de cerebro: eodem modo diximus de nucha. Sed ſplen ⁊ renes ipſa etiam ſunt de membris calidis ⁊ humidis: quanuis renes ſint in hoc ſub ſplene in gradu ꝓpter groſſitiem ſanguinis qui ſtat in ſplene: ſicut ſplen eſt in hoc grodu ſatis inferior epate.

¶ Capituluꝫ.iiij. Quod eſt de complexione temperata ⁊ dͤ diſtemperatis totius corporis.

Et poſtquam eſt declaratum in ꝯplx̃one membrorum officialium ⁊ conſimiliuꝫ ab iſto poſſumus cognoſcere quid eſt temperata complexio totius corporis. Q: ſi inueniuntur iſta membra proportionata ſup iſtas complx̃ones ipſum ẽ tpate complx̃onis penitus ⁊ inueniuntur in eo iſte ꝓprietates ⁊ illa ſigna que dicit Ga. ꝙ inueniuntur in temperata ꝯplx̃one. Et manifeſtũ eſt ꝙ iſta temperantia non dicitur niſi in comparatione oĩum partium totius corporis. ideo quia impoſſibile eſt iſtis membris conſimilibus exeuntibꝰ eis a ſua complexione naturali. aut ĩ vna qualitate aut in pluribus ꝙ non ſuperueniat permutatio aut corruptio per iſtum exitum. Et iſte exitus habet multas cauſas. aut propter clima aut ꝓpter hyle aut propter agens aut propter mutationem quatuor etatuꝫ eo ꝙ puer eſt calidus ⁊ humidus et iuuenis calidus ⁊ ſiccus et ſenex eſt frigidus et ſiccus: et hoc manifeſtum ẽ ex eorum operationibus. et ex propinquitate et longitudine generationis. Et etiam maſculi complexio eſt calidior et ſiccior complexione femine. Et hoc manifeſtum eſt ex operationibus eorum. ¶ Et aliquando permutantur complexiones propter exercitia. Et propter cibos. et propter omnia extrinſeca. Et ſicut poteſt eſſe iſta permutatio in conſimilibus. ita poteſt eſſe in officialibus. Et poſt hoc in totalitate totius corporis concordantibus nobis ipſa omnia adinuicem. ¶ Et poſtquam ẽ poſſibile eſſe hoc. ¶ Et ẽ iam oſtẽſum ꝙ exitus complexionum exeunt ad octo ſpecies apud medicos tunc res propter quas operatur membrum ſuas actiones et patitur ſuas paſſiones aut totum corpus. ſunt nouem ſpecies apud medicum. vna temperata. et illa eſt naturaralis. et octo ſunt diſtemperate eo ꝙ corpus cui dominatur caliditas in membris ⁊ ſiccitaſ appropriatur caliditati ⁊ ſiccitati. ⁊ ſic in reliquis ſpeciebus. Et hoc modo intellige ꝙ ſpecies complexiones ſanitatis ſunt noueꝫ. Et temperata communicat cuꝫ ambabus ſpeciebus membrorum ſaluo ꝙ ipſa eſt in ꝯſimplicibus primo in ſubſtantia. et in compoſitiſ ſecundario et per accidenſ. Et ideo quia medici appropriant cõplexiones diſtemperatas qualitati actiue ⁊ paſſiue. ꝯueniens eſt appropriare cõplexionem totiꝰ corporis iſtis duabus qualitatibus ſolũ: ⁊ pp hoc ſunt ſm rationem complexiones diſtemperate ſolum quatuor.

¶ Capitulum.v. Quod eſt de ſanitate membrorum officialium ⁊ eius ſpeciebus.

Et poſtq̃ꝫ eſt declarata ſanitas conſimilium partium propter earuꝫ complexionem temperatam quam habent ꝓpriam: ⁊ in ſubſtantia conſeruatam. ⁊ per accidens membrorum officialiũ ⁊ totius corporis. Modo redeamus ad declarandum ſanitatẽ membri officialis ſubſtantialiter inquantum eſt officiale ⁊ ſpecies eius. Et dicimus ꝙ membra officialia: ideo q: ſunt compoſita apparet ex eorum eſſe ꝙ non operantur ſuas actiones ⁊ patiuntur ſuas paſſiones: niſi quando ſunt in ſua qualitate ⁊ in qualitate quantitatis: inquantum ipſa ẽ quãtitas ⁊ in poſitiõe ſua ſm moduꝫ naturalẽ ⁊ in continuatione partium ſuarum: ⁊ in contiguatione terminorũ eoruꝫ in coniuncitone ſua: ⁊ ſeparatione: in qualitate coniunctionis ⁊ ſeparationis eorum: ⁊ ſitus eorum: ⁊ ordinationis. ¶ Et quidã ſunt qui opinantur ꝙ iſtud intret in genere poſitionis ſed ſi vocatur poſitio hoc nõ eſt niſi pp equiuocationẽ. Sed qualitas eoꝝ eſt ꝙ ſit forma eoꝝ naturalis: ⁊ ꝙ concauitates eorum ⁊ vie ſint ſecundũ formam naturalem in eoꝝ largitate et ſtrictura. ⁊ ꝙ ſint eorum ſuperficies in lenitate ⁊ aſperitate ſm modum naturalem. ¶ Sed quantitas eſt in tẽpore quando inuenitur haꝝ partium numerus naturalis ⁊ eodem modo in ſuis menſuris. ¶ Sed modus eorum in coniunctione eſt etiã modus ille naturalis. ſicut coniunctio partis membri officialis. pars parti. ⁊ ſeparatio eorum: ps a parte. ⁊ qualitas cõiunctionis ⁊ ſeparationis intrat ĩ hoc ¶ Et cõtinuatio. et cõtiguatio. et terminatio et ſeparatio. ⁊ cõiunctio manifeſta ſunt. Sed continuatio plus cõuenit in membro cõſimili q̃ꝫ in officiali. et paruuꝫ ⁊ magnũ in eẽ in genere mẽſure. ⁊ ẽ appropriatũ quãtitati cõtinue. ſicut ẽ ſatis vel multũ ⁊ parũ appropriatum quantitati diſcrete. Et quãuis menſura in hoc qð appropriatur ſit conueniẽtius appropriare eam membro cõſimili q̃ꝫ officiali. ideo q: officiale nõ eſt ſuper mẽſurã ſuã naturalẽ. niſi quãdo eſt quodlibet cõſimiliũ ex quibus eſt cõpoſitum ſuper menſurã ſuaꝫ naturalem. ¶ Sed poſitio. al'. oppoſitio. naturalis que eſt ĩ mẽbro hoc eſt vt ſint eoꝝ partes oppoſite membris manifeſtis ſicut cõſuetudo eſt mẽbri poſiti. al'. oppoſitis membris. ⁊ iſtud erit locus mẽbri naturalis in corpore. ſicut eſt epatis ⁊ ſtomachi. et ſic in alijs eſt itelligendum. et ita eſt modus iſte in poſitione. al'. oppoſitiõe partis membri in ſeipſo: ps parti. ¶ Sed qð diximus ꝙ erit modus ipſius ex communicatione eorum partium ſuis partibus eſt modus naturalis. hoc exiſtit in poſitiõe. al'. compoſitione. prima que generalis eſt omnibus membris corporis. ſicut eſt communicatio omnium membrorum pꝛ̃icipalium. eo ꝙ nõ complerentur eorum operatiões niſi cum eis: et etiã hoc eſt iuentuꝫ in membro cum membro. ſicut cõmunicatio ſtomachi cuꝫ cerebro ĩ operatione ſua que eſt appetitus. Et ſicut eſt in partibus vnius ⁊ eiuſdem membri officialis cum parte que dominatur plus ĩ operatiõe illius rei: ſicut eſt cõmunicatio omnium partium oculi ad cryſtallinaꝫ humiditatem. ¶ Sed ſunt gradus. al'. genus ꝯiunctiõis et ſeparationis. et eorum qualitatum. quoniã ſunt ex mẽbris que ſeparata ſunt abſqꝫ ligaturis. ſicut ſunt digyti. Et eoruꝫ ſunt que aſſociant̃ ligaturis vel adeptiõibus. quorum partes itrant partes. et eorũ ſunt quorum cõiunctiões ſunt nodatiles. et hoc modo põt eſſe ꝙ mouetur membrum qð eſt pars coniunctionis ipſiꝰ ſitus: Sicut eſt plãta manus que eſt pars coniunctionis brachij qð eſt nominatum ĩ arabico ſcahat. et ipſa planta coniuncta eſt ligaturis et adeptionibus. et cum hoc eſt coniunctio nodatilis. Iſte ſunt ſpecies diſpoſitionum que quando ſunt in membris officialibus. tunc habent agere ſuas actiões naturales. et pati ſuas paſſiones. ſiue illas quas hẽnt

ab vtilitate:al'. a neceſſitate:ſiue illas quas habent a nobili
tate. Et a capitulis anotomie que ordinata ſunt per multoſ
alios auctores poteris ſcire iſtas res prolixius:⁊ ꝓpter hoc
non eſt mea intentio ꝓlongare me in eis. Et ſi tu vidiſti li-
bros Ga. ⁊ libros aliorum medicorum qui ſunt ſm ſuam
opinionē:⁊ videbis iſtum:tunc cognoſces ꝙ illud quod di
ximus in diuiſione ſpecierum ſanitatis eſt multuʒ melius ⁊
verius q̄ʒ illud quod dixit homo quem ſcis. ❡ Et iſtō me
lius aūt.al'.melioramētum non poteris cognoſcere ſi tu nō
ſtuderis in naturalibus ſcientijs:quoniam oportet ꝙ tu te
neas de via philoſophorum aliquantulum pluſquā de via
medici.⁊ ꝙ iſte liber non eſt factus pro illo qui incipit tan-
tummodo legere.

❡ Capitulum.vi. Quod eſt de ſanitate aliqualiter in mē-
bris conſimilibus.

Tamodo incipimus dicere:ideo ꝙ inuenimus ō
complexionibus ſanitatis apppriatis membris
conſimilibus que ſunt in fine temperantie ſm ſe
⁊ quaſdam que exeunt a temperantia:ſed exitus
per que non ꝓuenit leſio ſenſibilis in actione aut in paſſiōe.
Et ſilr eſt in mēbris officialibus:⁊ tunc inuenimus ibi qua
litatem temperatam:⁊ quantitatem tēperatam:⁊ poſitioneʒ
tēperatam ⁊ cōicationem tēperatam. Et iſta eſt bona diſpo
ſitio ſup quam viſus fuit. G. demōſtrare in tractatu habi-
tudinis bone:⁊ q eam voluerit addere.al'.addiſcere in iſto li
bro nō reputo malū. Ideo ſpēs ſanitatum q̄ ſunt in officia
libus membris ſunt apō medicos octo:quatuor temperate
⁊ quatuor diſtemperate:aut augmentate. ❡ Sed quintum
genus ſpērum vel generuʒ diſpoſitionū quidam ſunt q opi
nantur ꝙ eſt vnū in quo cōmunicant mēbra conſimilia ⁊ of
ficialia:⁊ illa eſt forma ꝯiunctiōis noſtre. Ideo q: coniun-
ctio eſt duobus modis ſicut ſcis vna eſt coniunctio nodati
lis:alia eſt ꝯiunctio vera:⁊ vera eſt appropriata magis con-
ſimili:⁊ alia plus officiali. Sed ꝯiunctio vera illa eſt conſi-
milium:⁊ debet numerari in habitudine ſanitatis eorum.
Amodo declarauimus omnes ſpecies habitudinū ſanitatū
membroꝝ conſimiliū ⁊ officialium:cōmunes ſiue proprias
Et declaratū eſt in omnibus ꝑ quē modum eſt eorum com
municatio. Et fuit neceſſe illi declarationi:ideo ꝙ operatio
cōplexionis temperate mēbri officialis non eſt vna ⁊ eadem
operatio cū illa ꝯſimilium:ideo q: eſt cōſimilibus propria
⁊ in ſubſtantia:⁊ officialibus ſecundaria:⁊ ꝑ accidens ⁊ alij
medici nō ſubtiliati fuerunt in faciendo hanc diuiſionem.

❡ Capitulum.vij. Quod eſt de actionibus ⁊ paſſionibus
⁊ de virtutibus membrorum.

Modo volumus tractare de actionibus ⁊ paſſio-
nibus ꝓprijs in quolibet membro:⁊ iſte intentō
nes ⁊ cognitiones ſanitatis ſtāt loco cauſaruʒ fi
nalium:⁊ ille de qbus hactenus loquuti ſumus
ſtant loco cauſarū formalium:⁊ materialiū:⁊ hic eſt ponen
dum vnum principium naturale. ❡ Et dicimus iā eē oſtē
ſum in naturali philoſophia ꝙ quodlibet corpus eſt com-
poſitū ex materia ⁊ forma:⁊ ꝙ materia non ē inuēta niſi ꝑꝑ
formam ⁊ propter hoc collectum ex materia ⁊ forma. ſcili-
cet ens naturale nō eſt niſi ꝓpter operationes ſuas ꝓprias
in ipſo. Ideo dicit Ariſto. ꝙ natura non facit aliquid in va
num. Et ſimiliter inuenitur iſtō in rebus artificialibus ver
bi gratia. q: ligna nauis non ſunt inuenta niſi propter for-
mam nauis ⁊ figurā ſuam. ⁊ ē inuentum collectum ex his
ambobus propter oꝑationē nauis. ſcilicet nauigare i aqua
ergo de neceſſitate ē īuenire i mēbris hoīs rem que ſit etiaʒ
hoc modo. ſ. ꝙ ſit eis res ſtanſ loco materie. et res ſtās loco
forme ⁊ res tertia. ſ. actio ⁊ paſſio que res ipſa erit finis col
lecti eorum. ❡ Et hic neceſſe ē inquirere in primis que ſit
illa res in membris que ſtat loco forme. ⁊ que loco materie
⁊ poſtea veniemꝰ ad declarandū actionē ⁊ paſſionē cuiuſli-
bet eoꝝ. Et dicimus ꝙ mēbra cōſilia apparēt. vt in pluri-
bus eoꝝ ꝙ ſint loco materie cōpoſiti. Q: oſſa manuuʒ ⁊ li-
gradu. iō q: ē cōpoſita ex ſuba terreſtri aduſta et ſubſtantia
terreſtri frida. et ſignificat hoc ſua amaritudo cum pontici-
tate. Operationes ſue ſcde et tertie hñt aperire oppilationē
ſplenis. et epatis. et prouoare vrinā et ſanguinē mēſtruum.
et poſſe ē vt faciat mingere ſanguinem. et abſtergit tēperate.
ideo valet tinee qñ diſtēperatur cum aceto. et ſuperponitur
et quidam dant bibere ſciaticis cū hydromelle.

¶ Olibarda. i. eupatoriū valde manifeſta ē in fortificādo
vtutē epis. et aperiēdo oppilatiōes eius q: ꝯpoſita ē ex ſub
ſtātia ſtyptica et amara. et iō debemꝰ ponere eā i ꝑmo gra-
du. q: amaritudo ē manifeſtior in ea ſtypticitate ſua.

¶ Zinziber ca. et i tertio gradu cū multa ſtypticitate vel hu
miditate: et iō tardat i calefaciēdo corpꝰ: qd nō facit piper
q: calefactio zinziberis eſt a calore corporis. et permutatio
piperis ab eodē ē ſicut pmutatio lignoꝝ viridium et ſiccorū
ab igne. Et piper lōgū eſt ſilē zinziberi: et ꝑꝑea debet poni
zinziber in primo gradu humiditatis.

¶ Epithymus ē ca. et ſic. in tertio gradu et eſt laudabilis
vt dictū ē: in euacuando melancholiā. et doſis eius eſt a. ʒ.
ij. vſqꝫ ad. iij. et in decoctionibꝰ a. v. vſqꝫ ad. vij. et indiget
refrenantibus. q: ꝯtriſtat ꝑꝑ ſuā ſiccitatem. et ideo nenufar
ē vltimū ſuū frenū. eoq̄ ꝑꝑ aromaticitateꝫ ſuā remouet ip-
ſius malitiā: et ꝑpter humiditatē ſuā remouet ipſius ſiccita
tem. excepto q: cū hoc diminuit ſuuꝫ calorem. Et medicia
nō indiget refrenatione ab oībus ſuis qualitatibus vel par
tibus niſi a parte qua purgat ħ a calore. aut a parte ſue eua
cuationis. Et ſi refrenaret̄ epithymus cū pomis hoc plus
acceptarent excepto in febricitantibus: et ſimiliter poteſt re-
frenari cum amigdalis. vel cum ſemine melōis.

¶ Mentha calida eſt et ſicca in ſecūdo gradu. et attingit ex
tertio: ⁊ habet amaritudinem cum ſtypticitate: confortat ſto
machū ⁊ mouet coitum.

¶ Maama. i. mētha: hec herba ē hortiua: ⁊ propter hoc hꝫ
ſupfluā humiditatem: ⁊ ꝓpter hoc ꝓuocat coitū: ⁊ ipſa ē res
q̄ aſſociat̄ rebus nō bñ digeſtiuis: ſapor ipſius amarus eſt
cum ſtypticitate: ⁊ ex hoc apparet q̄ minorem hēt calidita-
tem deliachacos. ⁊ ꝓpterea ipſam ponimus in caliditate et
ſiccitate in ſecundo extendentem ſe vſqꝫ ad tertium.

¶ Tapſia ē gūma rute ſilueſtris: ſm quoſdā medicos: vir
tus eiꝰ ē acute virtutis ⁊ calefacit caliditate forti: ⁊ propter
hoc ē in tertio gradu caliditatis ⁊ humida in primo. Et ſi-
gnificatur eius humiditas ex hoc. q: cito corrumpit̄ et non
recipit paſſionem a corpore niſi poſt aliquantulam horam
quēadmodum facit zinzi. ⁊ ꝓprietas eius ē attractio ex pro
fundo corporis. ⁊ reſoluit quod ab ip̄a trahitur.

¶ Tormos. i. lupini: quādo elixantur in aqua tādiu q̄ ip
ſorum remoueatur amaritudo ſunt medicia nutritiua: ⁊ qñ
ſunt amari faciunt quod conſueuerunt facere medicie ama-
re ex abſterſione ⁊ exiccatione ⁊ reſolutione ⁊ ex apertione
oppilationum epatis ⁊ ſplenis: ⁊ prouocatione menſtruo-
rum: ⁊ interfectione lumbricorum. ⁊ in extractione fetus ⁊
remouēt morpheam: ⁊ purgant choleram: ⁊ remouent offu
ſcationes membrorum: et diſſoluūt ſcrofulas: ⁊ propter hoc
ponimus ipſos in caliditate ⁊ ſiccitate in principio tertij
gradus. vel in fine ſecūdi.

¶ Lactuca. dicit. G. q̄ ſua frigiditas ē ſilis fritati riuuloꝝ
⁊ ſignificat hoc q: nō curat fortē eriſipilā ſed curat debilem
ideo debemus ipaſm ponere frigidā in primo vel in princi-
pio ſecundi gradus: ⁊ vſus ſui ſeminis conſumit ſperma.

¶ Alaſce: quod quidam vocant cornutha. calefacit ⁊ deſic-
cat in tertio gradu. ⁊ operationes eius prouocant menſtrua
⁊ vrinam: ⁊ extrahunt fetus a corpore. ⁊ aperiunt oppilatio
nes. ⁊ mundificant pectus ⁊ pulmonem.

¶ Mele. i. viſcus operatioēs eedē ſunt cū tapſia i operatio
nibus ꝑmis ⁊ ſecūdis. et ē calidiſſimus cū ſupflua humidi
tate. ⁊ extrahit a ꝓfunditate corporis. ⁊ ħ agit cū multa tar
ditate ꝑꝑ ſupfluā humiditatē in ipſo exñtem.

¶ Viola frida eſt ⁊ humida. et iccirco dꝫ poni in ſecundo
gradu. iuuamenta ſua manifeſta ſunt apud vulgares.

¶ Cenapalcail. i. cauda equina. ⁊ in latino dicit̄ cētinodia
vtus ipſiꝰ ē ſtiptica cū amaritudie: ⁊ ideo deſiccat in vltimo
abſqꝫ pforatiōe. ⁊ ꝑꝑ hoc ſigillat vulnera magna. ⁊ confert
vlceribus iteſtinorū ac ſputo ſanguinis. ⁊ fluxui menſtruoꝝ
et maxime illa q̄ eſt rubea. et tenaſmoni. et dicunt aliqui ho
mines q̄ curauerunt cum ea vlcera veſice.

¶ Caſtratus. huiꝰ vegetabilis flores ⁊ folia deſiccāt deſic-
catione forti abſqꝫ mordicatione. et eſt manifeſte plurimi iu
uamenti quoniam ſigillat vulnera. Et quādo aduritur cor
tex iſtius arboris cinis eius deſiccat deſiccatione vehemēti

et propter hoc confert porris ſeu verucis.et maxime habentibus capita clauorum qui fixi ſunt in cute.quia quando recipitur cinis eius et miſcetur cum forti aceto.et ſuperponitur eis eradicat eos. Et gumma iſtius arboris remouet omnia que ſunt vel fiunt ſupra pupillam oculi vnde obſcurat viſus eo quia iſta gumma ſubtiliat et mūdificat.

Indicum cum quo tingitur multum deſiccat ſine ſubtilitate quia amarum eſt et ſtypticum.et eſt duarum manerierum.ſ.ſilueſtre et domeſticū.et ſilueſtre eſt fortius domeſtico.Operationes ſue ſunt vt conſolidet vulmera que ſunt in duris membris.et etiam ſi ſunt in extremitatibus muſculorum.et abſcindit fluxum ſanguinis.et valet multum vulneribus fiſtulatis:ſed ſilveſtre eſt fortius in vulneribus putridis propter fortitudinem ſue deſiccationis. et domeſticum eſt vtilius in apoſtematibus domeſticis vel in medela apoſtematum qꝛ vlcerat ea.et ſilueſtre valet multum contra oppilationem ſplenis.ideo debemus ipſum ponere calidum in ſecundo.et ſiccum in tertio.et domeſticum calidum in pͥmo.et ſiccum in ſecundo.

Pulegiuꝫ riuulorum ca.ē et ſic.in tertio gradu.quia ē compoſitum ex ſubſtantia ignea cum aliquantula parte terreſtri aduſta.et ſignificat hoc acumen ipſius cum aliquantula amaritudine.Operationes ipſius ſecunde ſunt diſſolutiue.ſubtiliatiue.et deſiccatiue.Tertie ad prouocaduꝫ vrinā.et dictum eſt ꝙ valet multum leproſis.et morſis ab animalibus venenoſis:et maxime quando ſuperponitur. et occidit vermes qui naſcuntur in auriculis.et montanum fortius eſt.et plus valet.

Cānella vel cinamomum.i.Recapaldereca ca.ē et ſic. in ſecundo gradu.et in ſiccitate plus extenditur.et hoc ē qꝛ compoſitum eſt ex ſubſtantia terreſtri cum ſubſtantia aerea equaliter.et hoc teſtificatur.G.et cum hoc habet ſubſtantiam ſubtilem igneam a qua habet ſuam aromaticitatem. et ſtipticitas ſua cum modico acumine ſignificat terreſtrem ſubſtantiam. Et cānelloſitas ſua ſignificat ſubſtantiam aeream ſuper ſpſam dominantem.et hoc ſcitur propter naturam cannarum.Iuuamenta ſua manifeſta ſunt in ſtomacho et epate.quia illa eſt ex medicinis in quibus inueniuntur aromaticitas et ſtypticitas.et acumen et ꝙ habet tam nobilem complexionem roborat omnia membra. Et dicit Galie.ꝙ pars ſubtilior que eſt in eo eſt minor alijs: ⁊ darſeni eſt fortior in iuuamento.

Capparis calidus ē in ſcd̄o:⁊ ſic.in tertio:qꝛ cōpoſitus eſt ex ſubſtantia terreſtri ⁊ frigida.⁊ terreſtri aduſta:ignea et ſubtili.⁊ ſignificat hoc amaritudo dominans:⁊ poſt hoc hꝫ ꝓprietatem contra vicia ſplenis:ꝓpterea quia illud qđ facit exire cum ſtercore ē ſanguineum. ⁊ tunc remouet dolorem ſplenis. Et hoc idem facit in alijs humoribus groſſis:quia educit eos per vrinam:⁊ prouocat menſtrua:⁊ attrahit flegma ex capite quando maſticatur:⁊ valet contra ſciaticum dolorem.⁊ contra dolorem dentium quando maſticatur.

Alcharf.i.naſturtiū ē ca.⁊ ſic.in quarto gradu:⁊ vtꝰ ſua ē ſilis ſinapis vtuti:⁊ ē medicina q̄ dat loco cibi.

Cardamomum calidum eſt ⁊ ſic.in tertio gradu. ⁊ non eſt mihi neceſſe manifeſtare operationes ipſius.qꝛ hꝫ ſimilē complexionem nec ſecundas nec tertias. Sed conueniēs ē mihi dicere ꝓpetates eorum manifeſtiores.⁊ hoc debuiſſemus feciſſe ab ipſo principio. Sed ē accōmodatio iuuamēti in hie que dicta ſunt:⁊ ē in hoc fructu cum amaritudine aliquantulum caloris.

Carui in caliditate ⁊ ſicci.ē in tertio gradu.⁊ ꝓp̄ h̄ expellit vētoſitates ⁊ ꝓuocat vrinā.⁊ nō ſolū ſemen ſed totum.

Calicha.i.caſſia lignea ca.eſt ⁊ ſic.i tertio gradu. qꝛ cōpoſita ē ex pauca ſubſtantia terreſtri.et ſubſtantia ignea et illa eſt dominās.⁊ ſignificat hoc acumen qđ hꝫ cū aliquantula ſtipticitate.⁊ eſt ex bonis ſpeciebꝰ aromaticis.⁊ icirco confortat membra principalia.⁊ exoppilat oppilationes quas debet facere talis complexio.

Arbor nucū eſt frigida ⁊ ſic.in ſecūdo gradu:⁊ folia ⁊ rami habent aliquam ſtypticitatem.ideo propter ſtipticitateꝫ ſue complexionis profundatur pars eius ſubtilis in ſubſtantia ſtyptica que eſt in ipſa:⁊ ideo facit qđ poſſent facere que eſſent maioris ſtypticitatis ipſa.⁊ ideo đcoctio eius bona medicina eſt vulue apoſtemate:⁊ de fructu ipſius iam rememorati fuimus alibi.

Cubebe ſunt ſubſtātie ignee et terreſris.et cum hoc ſunt aromatice. Et tu ſcis opationes quas faciūt tales medicie.

Pinee calide ſunt ⁊ ſic.in tertio gradu. ⁊ gummi propinquum in quarto.ſua ſecunda virtus eſt putrefacere carnem mollem liquefaciendo. Et propterea ſunt in primo gradu medicinarum putrefactiuarum.et propterea conſeruant carnem mortuorum a putrefactione propter ſuam deſiccationem.et alias eorum corrumpunt propter virtutes ſuaruꝫ naturarum.non propter humiditatem ſuperfluam. et non cōſeruant niſi dura mēbra. Et ſunt optima medicina i aere peſtilentiali.et fortiſſima medicina ad reſiſtendum impregnationi.et quando mulier fert.al'.ſtat ſuper ſe. et quando inungitur virga ex eis faciunt aborſum.et occidunt vermes qui ſunt in ventre et ſerpentes deglutitos.et ſi ſuperponant ventri doloroſo propter corroſionem incontinenti dolor mitigatur. Et pinguedo que generatur in alchiterra.i.pars vnctuoſa que adunatur in mutata que eſt ei ſupra in principio decoctionis ſubtilis:⁊ cum eſt cocta efficitur ſpiſſa et illa aperit vulnera ⁊ diſcooperit neruos. Sed illud quod ē liquidum poſſibile eſt vt curet vulnera.⁊ habet ſimilem virtutem picis ⁊ curat ſcabiem.

Centaurea hꝫ duas ſpēs maiorē ⁊ minoreꝫ:⁊ ambe hn̄t vnā cōplexionē.⁊ maior hꝫ ſaporeꝫ acutū cū ſtipticitate et aliquantula dulcedine:⁊ nō debemus vti ea niſi radice:⁊ đ minori vtimur folijs ⁊ ſtipite.⁊ ideo cōpoſita eſt ex ſubſtantia terreſtri aduſta ⁊ frigida:⁊ aperit oppilationes ⁊ incidit humores groſſos:et cum hoc habet virtutem pugādi eos. ⁊ ideo cliſterizant cū ea ſciatici ⁊ podagrici ⁊ abſtrahit humores cholericos ⁊ groſſos ⁊ aliquādo tantū purgat vt trahat ſanguinolentos hu.⁊ tunc fortius prodeſt: et prouocat menſtrua fortiter et abortire facit:et cum hoc habet virtuteꝫ conſolidatiuam vulnerum propter ſuam ſtipticitateꝫ.

Gummi ceraſorum habet proprietatem frangendi lapidem et poteſt eſſe hoc ideo quia eſt gummi: quia dominās ſuper complexionem gummi eſt calor q̄ſuis quedam ſint q̄ non ſunt talia niſi comparatione ad corpus humanum ſicut gummi quod nominatur karabe.

Caſtoron.ideſt betonica.complexio iſtius eſt calida.et ſicca.et hoc atteſtatur ſapor.quia in ipſa eſt amaritudo cuꝫ acuitate:et ideo incidit hu.groſſos et frangit lapidem qui generatur in renibus et mundificat pulmonem et pectus:⁊ aperit oppilationes epatis:⁊ prouocat menſtrua : ⁊ confert epilepticis:et ſciaticis.⁊ quando ponitur ſuper morſum animalium venenoſorum confert et valet ſciaticis etiam quando bibitur:et eructationi acetoſe.et propterea ponimus ipſam in gradu tertio ca.et ſic.

Mafas.ideſt galla.et acerbe ſunt frigide in ſecundo gradu et ſic.in tertio.galla ē frigida in primo et ſic. in tertio. et ſignificat hoc ſtypticitas que eſt in ea cum modica ponticitate:et eſt repercuſſiua.et quando comburitur ē acutior et ſiccior et ſubtilior.et eſt neceſſe quando vis ſedare ſanguinis fluxum aſſare ipſam et poſtmodum extinguere ipſam i aceto.aut fortiſſimo vino.

Almuꝫ.ideſt cera citrina eſt tēperata iter quatuor qualitates.et qꝛ pōt applicari carni poſuerūt ipſaꝫ medici materiam omnibus cataplaſmatibus et vnctionibꝰ calidis et frigidis.ſicut ſunt illi qui nominant cerotū. hanc ceram citrinam.al'.nucritam.quaſſatam vel malaxatam in aqua G.laudauit in egritudinibus acutis ⁊ nominatur cera lota. Et cera habet virtutem maturatiuam per modum oppilationis ⁊ non eſt ex medicinis quas ponimus in corpore:⁊

habet aliquantulam virtutem diſſolutiuam quam acquiſi-
uit a melle:⁊ quando remouetur citrinitas que eſt in ea tūc
eſt proprie materia ⁊ cera pura.
¶ Halberea.ideſt catapucia eius grana habent virtutem
purgandi:⁊ cum hoc habent virtutem abſterſiuam ⁊ diſſo-
lutiuam ⁊ ideo eſt ca.in ſecundo gradu ⁊ ponitur in genere
calidorum ⁊ ſiccorum.
¶ Darſeni.ideſt,cānella ſubtilis dulcis aromatica cal. eſt
⁊ ſic.in tertio gradu ⁊ eſt ſupremum in omnibus medicinis
aromaticis que reſiſtunt putrefactioni:nec habet parem in
his operationibus.
¶ Alteradit.ideſt barba hircina eſt frigida in tertio gradu
⁊ ſic.in ſecundo,quia dominans in ea eſt ſubſtantia terre-
ſtris ſtyptica:⁊ radix eius fortior eſt folijs ⁊ conſolidat vul-
nera:⁊ valet ſordidis vulneribus propter ſuam deſiccatio-
nem ⁊ ad inteſtinorum vlcerationem ⁊ fiſtulis. Et in ſum-
ma facit quod faciunt medicine multe.al'.non fortis ſtypti
citatis:⁊ confert debilitati ſtomaci ⁊ ſolutioni ventris ⁊ vl-
cerationibus inteſtinorum:⁊ fluxui menſtruorū.
¶ Ladanum ē calidum in primo gradu et tangit ex ſecun
do:et aliquantulam habet ſtypticitatem et ē ſubtilis ſubſtā
tie cum acumine:diſſoluit et maturat et valet paſſionibus
matricis.ideo quia habet cum his virtutibus virtutem ſty
pticitatis:propterea valet ad permanentiam capillorū : eo
ꝙ conſumit humiditatem extraneam que ē in eorum radici
bus.et ſtringit ſua ſtypticitate poros in quibus oriuntur ca
pilli.Sed non eſt ſufficiens in obuiatione alopicie. iccirco
quia illa indiget medicinis magis diſſolutiuis:quia genera
tur ex humoribus groſſis et viſcoſis.
¶ Aliſbleb.ideſt mercurialis ca.ē et ſicca in primo gradu:⁊
eſt compoſita ex ſubſtantijs contrarijs:hoc ē ſtyptica:acu-
ta et aquea et ineſt ei quando ē recens vt leuiter purget.ita
ꝙ ē in principio primi gradus in medicinis purgatiuis et
ideo datur in principio ſc.ante digeſtionem:ſicut dātur caſ
ſiafiſtula tamarindi et his ſimilia. Et qui biberit ex ſucco
mediam libram purgat choleram groſſaꝫ et flegma.et ſi co
quatur in vino quando recens eſt conſolidat magna vul-
nera et ſanat vlcerationem factam ab aduſtione ignis.Et ſi
folia ipſius coquantur in aceto valet multum paſſioni ſple
nis:et flos ſuus valet in hoc plus et ex ſucco ſuo fit caput-
purgium.et tunc valet multum materijs diſcurrentibus an
tiouis ad aures et ad nares.
¶ Haanthal. ideſt colloquintida:eſt ex medicinis fortibꝰ
in purgando flegma:⁊ eſt in fine gradus medicinarum pur
gantium.quia attrahit a profunditate corporis ita ꝙ indu
cit eradicationem inteſtinorum:propterea neceſſe eſt refrena
re ipſam multum cum dragaganto et amigd.⁊ fiſtici ſunt
ſufficientes pro his duobus:⁊ doſis eius ē a.ij.tertijs.ʒ.i.
vſqꝫ ad vnum karatem.
¶ Halſemec eſt gumma que fortiter ſtrigit.et propter hoc
intrat in medicinis eradicantibus inteſtina.et proprie quā
do non habet qualitatem acutam:⁊ facit quemadmodum
chechabre.ideſt gummi arabicum.
¶ Cuſbera.ideſt coriandrum calidum ē in primo gradu:⁊
ē compoſitum ex ſubſtantijs cōtrarijs.hoc eſt ex ſubſtantia
amara et ſubſtantia aquea et ſtyptica:et ſcdm hoc facit di-
uerſas operationes:hoc eſt q: quando cataplaſmatur eriſi
pila cum farina ordei curat ipſam:et quando miſcetur cuꝫ
farina fabe diſſoluit ſcrofulas et dicitur ꝙ habet proprieta
tem ad retinendum cibum in ſtomacho donec fuerit dige-
ſtus et aromatizat carnes cum quibus coquitur.et ſi homo
biberet ex eius ſuccco mediā librā i nouilunio eēt mortuꝰ.
¶ Coſtum calidum ē et ſiccum in ſecundo gradu et ē com
poſitum ex ſubſtantia terreſtri aduſta et ignea. et ſignificat
hoc magna amaritudo eius cum acumine.Et operatio ſue
cōplexionis eſt rubrificare mēbra quibus ſuperponit: quia
trahit ſanguinē ad acutē ⁊ ꝓuocat vrinā:⁊ ſanguinē men-
ſtruum:⁊ occidit vermes.et curat tineam.

¶ Alcoſtan.ideſt lilium album.calidum ē et ſiccū in ſecū-
do gradu.et hoc dicimus q: ē amarum.et habet aquoſita-
tem temperatam et ideo oleum ipſius eſt abſqꝫ aliqua mor-
dicatione.et eſt ſupremuꝫ omnibus rebus que diſſoluunt
res in matrice:et folia ſua cocta et poſita ſuper carnem com
buſtam ab igne.et cum aqua feruenti cum oleo roſato mi-
xta incontinenti liberat. Et radix eſt fortior folijs.et pro-
pterea prouocat menſtrua et mollificat duriciem omnium
membrorum et proprie matricis.
¶ Crocus calidus ē in ſcdo gradu ⁊ ſiccꝰ i prio:ē digeſtiuꝰ
⁊ confortatiuus cordis ⁊ hꝫ ſubām calidā ſtypticā ⁊ ſtypti-
citas ſua ē ex rebus q̄ adiuuant ad digeſtionē quam facit:
eo ꝙ propter illam moratur in poris ⁊ ſtat in illis.
¶ Halbaſal.ideſt cepe eſt calidum in quarto gradu:et ha-
bet groſſam ſubſtantiam:⁊ ideo quando ponitur i ano ape
rit orificia venarum:⁊ prouocat ſanguinem hemorroidalem
⁊ menſtruum:⁊ ſuccus eius valet aque que defluit ad ocu-
lum: ſed obſcurat oculos quando ſunt impediti ab humo-
ribus groſſis. et habet humiditatem ſuperfluam: propter
quam mouet coituꝫ.
¶ Halcedef.frigidus in primo gradu eſt vel temperatus
eo quia ſtypticitas in ſuo ſapore eſt.ſed in ipſo non eſt aliqd
caliditatis vel acuitatis niſi modicum:tamen in eius opera
tione inuenitur multi iuuamenti:eo quia caliditas exiſtens
in eo facit profundare ſtipticitatē i profūdo corporis abſqꝫ
amaritudine vel mordicatione:et ob hoc eius operationes
ſunt ad remouendum ea que retenta ſunt in profundo cor-
poris egritudinum putridarum et eradicant ea oio abſqꝫ
impedimento.Et eſt in fine tutum a nocumentis : eo quia
natura calidarum medicinarum et ſiccarum q̄uis habe-
ant naturam remouendi. Attrahunt tamen ad locum ali-
os humores.Et propter hoc hec res confert omnibus ma
culis et veſtigijs carnis:et caliditas que eſt in ipſo eſt lator
virtutis ſtyptice.
¶ Scoadi:ideſt ciperi.id quod operatur ex hac herba eſt
eius radix ⁊ ponimus ipſam in caliditate ⁊ ſiccitate in ſecū
do gradu.eo quia in ſuo ſapore non inuenitur acuitas niſi
modicum ſtypticitatis. Et eius operationes ſecunde ſunt
quia conferunt mirabiliter vulneribus difficilis conſolida
tionis cauſa multarum humiditatū.et etiā conferunt vlce-
ribus oris:⁊ frangunt lapides:⁊ ꝓuocant vrinā et mēſtrua.
¶ Alchanna:que operantur ex iſta ſunt folia ⁊ rami. ⁊ vir
tus eius compoſita eſt ex ſubſtātia frigida et calida.et pro-
pter hoc deſiccat abſqꝫ mordicatione. et confert vlceribus
que veniunt in ore ex genere alchole.et valet etiam alchole
et decoctio illius valet aduſtioni et etiam apoſtematibus
ardentibus.
¶ Elſoc.ideſt hyuſquiamus manifeſtum eſt ꝙ eſt maxime
frigiditatis.al'.multe humiditatis.
¶ Magdrene.ideſt catapucia. Ipſius grana purgāt cho-
leram quando degluttiuntur a decem vſqꝫ ad quindecim.et
qui habent veñtrem fortem maſticent iſta grana et qui ha-
bent debilem deglutiant integra.
¶ Acetoſa.virtus ipſius eſt compoſita.eo quia ſemen eius
habet ſtypticitatem cum acetoſitate.et propter hoc valet cō
tra fluxum ventris cum vlceratione inteſtinorum.
¶ Alzuraꝫ eſt in quarto gradu caliditatis.odor eius.⁊ ſa-
por ⁊ virtus aſſimilantur odori naſturcij:⁊ ſuo ſapori.exce
pto quia eſt maioris deſiccationis naſturcio.
¶ Alcheiri.ideſt viola de romania. ſunt enim in ſecundo
gradu caliditatis.et hoc ſignificatur ex amaritudine ſui ſa-
poris et extrahunt ſecundinam et faciant aborſum.et ſe-
men eius eſt fortius flore.et aperiunt oppilationes cerebri
quando odorantur. et propter hoc quando ſuſpenduntur
ad colla epilepticorum liberantur.
¶ Halauſam.ideſt licium.hoc eſt compoſitum ex ſubſtan
tia groſſa ⁊ reſolutiua ⁊ pertinet ſiccitati.⁊ eſt ex medicinis
appropriatis oculis ⁊ auribus.et habet multas operatio-

nes ſecundum modum medicinarum que ſunt illius com-
plexionis.
¶ Lauſcemacanium. hoc ē manifeſtum nobis. eius pro-
prietas eſt ſanguinem ſtringere vndecunqꝫ exeat. ⁊ eſt com-
plexionis frigide ⁊ ſicce: et oritur in ripis fluminum valde
currentium.
¶ Thus calidum eſt in ſecundo gradu ⁊ ſiccum in primo
quia habet amaritudinem cuꝫ ſtypticitate. ⁊ facit naſci car
nem in corporibus humidis. Et habet aliquantulam virtu
tem maturatiuam. ſed cortex ipſius habet manifeſtiorem ſti
pticitatem: ita ꝙ ponitur in quarto gradu in medicinis ex-
ſiccatiuis. nec habet ſuperfluum calorem. vel acumen. ideo
ponitur in medicinis que valent contra fluxum ⁊ ſanguinis
ſputum ⁊ vlcerationem inteſtinorum.
¶ Beſbeſe. ideſt macis dicitur quod ſit cortex cuiuſdam
fructus qui apportatur de india. compoſitus eſt ex diuerſis
ſubſtantijs magis dominans eſt ſubſtantia terreſtris. et mi
nus eſt ſubſtantia ſubtilis calida. ⁊ ē multe ſtypticitatis cuꝫ
aromaticitate. Sua prima virtus ē ſicca in primo gradu.
Sed caliditas vel frigiditas non ſunt manifeſta in eo. Sua
ſecunda virtus ē confortare ⁊ retinere. ⁊ valet contra paſſio
nem cordis. ⁊ contra fluxum ventris. Et bene teſtificabitur
per Galie. ꝙ valet propter ſuam ſtypticitateꝫ contra vlcera
tionem inteſtinorum.
¶ Scedes. i. polium virtus eius ſimilatur virtuti ſpice.
¶ Albeczi virtutem habet diſſoluendi ⁊ maturandi.
¶ Lephaa. ideſt mandragora. frigida ē in tertio gradu. et
etiam eſt habens aliquantulam caliditatem. ⁊ poma ipſius
habent humiditatem. et propter hoc prouocant ſomnum. ⁊
cortices ſuarum radicum ſunt ſicce. ſed eius radix debilior
exiſtit.
¶ Halcaſmeg. ideſt feniculum calidum eſt in tertio gradu
⁊ ſiccum in ſecundo. ⁊ propter hoc prouocat lac. ⁊ vrinam
⁊ menſtrua. et confert deſcenſui aque ad oculum. ⁊ ſunt dua
rum ſpecierum. domeſticum ⁊ ſilueſtre. ⁊ domeſticum ē hu
midius ſilueſtri: ⁊ quia habet aliquam horribilitatem ha-
bet proprietateꝫ confortandi membra vrine.
¶ Maſtix calidus eſt in ſecundo gradu ⁊ ſiccus in tertio.
⁊ habet ſtipticitatem et diſſolutionem. et manifeſtatio ſui
iuuamenti ſpecialiter eſt in ſtomacho. et generaliter in alijs
membris.
¶ Scaunix. ideſt nigella calida eſt et ſicca in tertio gradu.
⁊ ſignificat hoc quia eſt in vltimitate amaritudinis cuꝫ ſub
tilitate. ei ligata i pāno lineo valet odorata ad reuma frigi-
dum. occidit vermes. ⁊ diſſoluit inflationem. ⁊ eradicat
verrucas et producit cum poſſe menſtrua et facit erigere
membrum.
¶ Alchelilamelec ideſt mellilotum. vel corona regia. ha-
bet virtutem diſſoluendi digerendi et repercutiendi. ideo de
bet poni calida et ſicca in primo gradu.
¶ Alces ideſt mel calidum eſt e ſic. in ſecundo gradu ⁊ eſt
multe abſterſionis ⁊ eſt cibus medicinalis ⁊ proprie in ſeni
bus. quia cibus eſt in ipſo multum iuuatiuus. quia in eis
conuertitur in ſanguinem bonum. Sed mel canne ꝙ etiam
eſt mel eſt minoris caloris alio melle. et minoris abſterſio-
nis. nec habet illam mordicationem quam habet mel. iccir
co eſt maioris iuuamenti alio melle membris que nocentur
a nimia abſterſione. ſicut ſtomachus. pulmo. et veſica. Et
iſte due medicine facte ſunt a medicis materie electuarioruꝫ
⁊ ſyruporum. eo quia natura amplectitur eas ⁊ in eis dele-
ctatur. ⁊ quando lauatur eſt eius operatio propinqua ope-
rationi mellis cāne.
¶ Laſcaſi. i. papauer. frigidum ē et humidum. album ē fri
gidum in tertio gradu. et nigrum in quarto. album valet cō
tra tuſſim que fit a materijs calidis. et defendit pulmonem
ab vlcerationibus ipſarum. et facit ſuauiter dormire. et ni-
grum eſt malum. quia facit ſomnum ſtupidum.
¶ Heltrog. ideſt pomum citrinum. Cortex ipſius habet
maximum iuuamentum ſtomacho et epati. et eſt tempera
tus aut calidus in primo gradu. et ſiccus in ſecundo. ſed
acumen quod habet non ſignificat multum calorem. quia
paucus calor quando eſt cum ſtipticitate inducit acumen ⁊
mordicationem. Et dicit. Ga. quando dominatur ſiccitas
terrea adipiſcitur acumen. Sed ſemen eſt calidum cum for-
ti ſiccitate: ⁊ ē ſupremum bezaarijs venenis que occidunt a
tota ſpecie: ſed pulpa ipſius eſt frigida ⁊ humida et gene-
rat groſſos humores.
¶ Alcarfar. ideſt tamariſcus compoſitus eſt ex ſubſtantijs
compoſitis: quia habet ſtypticitatem cum diſſolutione. pro
pter quam multum valet ſpleni. ⁊ ideo dicitur ꝙ qui bi-
bit cum vaſe facto ex eo non incurrit paſſionem ſplenis. Et
ſuꝰ fructꝰ habet ſtypticitatē fortē ꝓpiquā ſtypticitati galle.
¶ Hes ideſt myrtilla multum ſuper ipſa dominatur ſub-
ſtantia terreſtris ⁊ frigida: ⁊ ſignificat ſuper hoc ſtypticitas
quam habet ⁊ conſtrictio quaꝫ facit.
¶ Halmu. quod operatur ex iſta eſt radix: ⁊ eſt calida in
tertio: ⁊ ſic. in ſecundo: vrinam prouocat ⁊ menſtrua. ⁊ ha-
bet ſuperfluam humiditatem: ⁊ qui de ea comederit mul-
tum dolorem capitis procreat.
¶ Harlarmel. ideſt cicuta calida eſt ⁊ ſic. in tertio gradu
incidit humores groſſos ⁊ prouocat vrinam ⁊ menſtrua: et
valet dolori ſpatularum ⁊ purgat flegma.
¶ Sobol. ideſt ſpica. ⁊ ſunt ex ea multe ſpecies ⁊ melior ea
rum eſt ea que venit ex india: cali. eſt in primo gradu. ⁊ ſic.
in ſecundo. ⁊ hoc eſt ex eo quia eſt compoſita ex ſubſtantia
terreſtri ⁊ frigida multum. ⁊ aliquantula ignea et aliquan-
tula terreſtri aduſta. et eſt compoſita ex his virtutibus cum
aromaticitate ſua eſt. ex melioribꝰ rebus epati et ſtomacho
vel ſuperpoſita vel bibita. propterea quia confortat mem-
brum et deſiccat materiam que ibi fluit.
¶ Halcal. ideſt acetum. quod videtur ex eo eſt vt dominās
ſuper ipſum ſit ſubſtantia frigida propter acetoſitatem que
eſt in eo. quanuis habeat partem vnam igneam que indica
tur propter ipſius acumen. et iam dictum eſt quot acumen
prouenit propter fortem ſiccitatem cum modico calore. et
multa ipſius morſio non ſignificat ſuper multam calidita-
tem. quia hoc prouenit a ſubtilitate. et etiam acetoſitas in
eo ꝙ eſt acetoſitas incidit. et maxime quando aſſociatur ca
lori. et ideo debemus ipſum ponere frigidum in ſecundo. et
ſiccum in tertio. et maxime vetuſtum.
¶ Berberis fructus eius ſtyptice virtutis ē ⁊ incidit ⁊ ſub
tiliat et ſtringit omnem fluxum omnium egritudinum.
¶ Lac arbor eltif. i. aſa fetida. calidius ē oī alio lacte ar-
bor ⁊ ſubtiliꝰ. ⁊ pp hoc diſſoluit plus ceteris ⁊ eiꝰ proprie
tas ē q꞉ ꝯfert vulue quādo ſuſpenditur collo.
¶ Halcarſena. ideſt orobꝰ. ſiccus ē in ſecundo gradu. ⁊ ca
lidus in primo. ⁊ eſt medicia inciſiua. ⁊ aperit oppilationes
⁊ ſi nimis comederet ex eo faceret mingere ſanguinē. ⁊ gene
rat in corpore carnem durā et membra dura.
¶ Ihanſir. ideſt opoponacum. eſt calidum in tertio gra-
du. ⁊ ſiccum i ſecundo. ⁊ habet attrahere flegma ex iunctu-
ris ⁊ quaſi hec proprietas continet omnia gummi que pur
gant. doſis eſt. ʒ. i.
¶ Piper radix eius aſſimilatur coſto: ⁊ arbor eius in prin
cipio ſui ortus nominatur darfufel: ⁊ hoc eſt piper longum
⁊ eſt humidius alio pipere. Et aliud piper quando non eſt
maturum eſt album. ⁊ quando eſt maturum eſt nigrum et
ambe ſpecies ſunt calide et ſicce in tertio gradu: et quidam
dicunt in quarto.
¶ Beſbeg. ideſt polypodium eſt quaſi temperatum in pri
mis qualitatibus et ſignificat hoc quia ſuper ipſum domi
natur dulcedo cum ſtipticitate: ⁊ deſiccat ſine mordicatione:
eius proprieats eſt purgare melancholiam. et eſt ſecura me
dicina. et eſt melior epithimo. quia non habet qualitatem
exeuntem ab equalitate. doſis ſua eſt. ʒ. x.
¶ Praſſium calidum eſt in ſecundo gradu. verſus finem
⁊ ſiccum in tertio. prope medium aut in fine. aperit oppila
tiones ſplenis ⁊ epatis: ⁊ mundificat pectus ⁊ pulmoneꝫ ⁊

prouocat menſtrua et vrinam. Et facit omnia que faciunt medicine amare. et ſuccus ipſius mixtus cum melle multũ valet paſſionibus oculorum. et poſitum in naribus valet ictericis. et valet contra antiquum dolorem auris quia mũdificat vias neruorum aurium.

℄ Succus qui inuenitur in alueis apum calidus eſt in fine ſecundi gradus vel in principio tertij. ſua ſecunda virt⁹ eſt mirabilis attractio.

℄ Malacarta ideſt piretrum ex eo vtimur ſolum radice. et habet vnam virtutem vſtiuam. et ideo eſt calida in quarto gradu. et ideo mitigat dolorem dentium. et valet vt dicitur contra epilepſiam et ſimiles egritudines ei. et rigoribus interpollatarum febrium.

℄ Alfagel. ideſt rafanus. calidus eſt in tertio gradu. et ſiccus in ſecundo. et ſemen fortius eſt. et valet contra ſerpiginem et ſimiles. et aufert citrinitatem quibuſlibet membris corporis. Et ſilueſtris eſt fortior domeſtico. et eius ſuccus deglutitus ſubtiliat viſcoſitatem que eſt in fiſtulis pulmonis et clarificat vocem.

℄ Raued. ideſt reubarbarum. compoſitum eſt ex diuerſis ſubſtantijs ex ſubſtantia terreſtri et frigida que ſignificatur per ſtypticitatem. ⁊ ex ſubſtantia ignea que ſignificatur per coctionẽ. et ex ſubſtantia aerea q̄ datur ꝑ raritatẽ et ſpõgioſitatem. et eſt vna ex manifeſtioribus rebus in iuuamento epatis ad aperiendas oppilationes et confortandum ipſuꝫ et ſimiliter prodeſt ſtomacho. Et Galie. et alij medici dicunt quot conſtringit ventrem. et nos videmus quot purgat. et eſt mirabilior alijs medicinis purgatiuis. quia frenum ſuum eſt cum eo quoniam nulla medicinarum purgatiuarum eſt ſine veneno aliquo in aliqua parte ſui iſta excepta. eo quia confortat omnia membra corporis. ideo poſſumus dando ipſum pro purgatiuo refrenare alias per ipſum medicinas.

℄ Alcarfas. ideſt apium montanum calidum eſt et ſiccum in tertio gradu. eo quot ſapor eius eſt amarus et acutus. et prouocat vrinam et ſanguinem menſtruum. et diſſoluit tumores ⁊ hortulanum debilius ẽ eo.

℄ Andraton. ideſt herbatura. in lingua hiſpana. andratiõ quod ex hac operamur eſt eius radix et eſt calida in tertio gradu prope finem. et deſiccat in ipſo. et confert egritudinibus neruorum et paſſionibus pectoris et pulmonis quando fiunt ex humoribus groſſis. et quando ſuffumigantur homines ea reprimuntur hu. deſcendentes a cerebro et aperit eius oppilationes. et quando ponitur ſuper dentem dolentem et corroſum ſanat illum. et ſuccus eius in omnibus predictis fortior exiſtit. et adhuc lac ipſius fortius exiſtit.

℄ Malſedep. ideſt ruta ſilueſtris cal. eſt ⁊ ſic. in quarto gradu: ſed hortulana eſt in tertio. propterea quia ſapor ſuus eſt acutiſſimus ⁊ amarus. ⁊ eſt iuuatior in ſoluendo tumorem ⁊ carminando ventoſitatem: ⁊ priuat coitũ.

℄ Leſſet. ideſt pix eſt calida ⁊ ſicca in tertio gradu plus deſiccat q̄ꝫ calefaciat. Sed liquida ⁊ recens plus calefacit q̄ꝫ deſiccet. valet contra aſma ⁊ empima: doſis eius eſt quantitas vnius. ʒ. ⁊. ʒ. cum melle: ⁊ valet contra albedinem vnguium ⁊ morfeam: ⁊ maturat apoſtemata dura. ⁊ fortior ĩ maturando eſt cum eſt recens ⁊ humida

℄ Alpelep. ideſt caſtanea. frigida eſt et humida in primo gradu: folia ſua piſtata ⁊ poſita ſuper apoſtemata que naſcuntur in genibus curat. Et cortex ipſius arboris ⁊ ipſe caſtanee habent virtutem deſiccandi: ⁊ ideo quando ſunt cocta in aceto valent contra dolorem dentium. Et fructus cõbuſtus ſuperpoſitus valet tyrie. Et eſt neceſſe vt cuſtodiatur quilibet a puluere qui adheret folijs illius arboris. quoniam multum nocet canne pulmõis ⁊ viſui ⁊ auditui.

℄ Uirga paſtoris eſt in ſecundo gradu medicinarum infrigidantium. quia compoſita e t ex ſubſantia terreſtri frigida et aquea: valet contra incenſionem ſtomaci et repercutit materias aduſtas. et iccirco intercipit fluxum mẽſtruoꝝ et curat oppilationẽ inteſtinorum: ⁊ intercipit fluxum ſanguinis a quacunqꝫ parte veniat.

℄ Roſa compoſita eſt ex ſubſtantia terreſtri frigida: ſubtili ⁊ aerea calida: et aquea: ⁊ ſignificat hoc ſapor vel odor et aquoſitas. Et ſemen ipſius ſtypticius eſt ea: ⁊ eſt frigida ⁊ ſicca in primo gradu. ⁊ ꝯfortat ſtomacũ et epar et alia mẽbra.

℄ Sumach eſt forte in ſtypticitate ⁊ ſiccitate frigidum in ſecundo ſiccum in tertio gradu: operationes ſue ſunt manifeſte.

℄ Aſpaltum: ⁊ in arabico cebeoneg. ⁊ interpretatur expellens ventoſitatem: illud gummi calefacit ⁊ ſubtiliat ſecundum quod faciunt alia gummi: ⁊ eſt abſterſiuum ⁊ ẽ ex melioribus medicinis que poſſint eſſe ad aquam deſcendenteꝫ ad oculos et ad fuſcedinẽ viſus: que fit ab humoribus groſſis. et eſt ex medicinis purgatiuis: que trahunt flegma aneruis et iuncturis ſicut bdelium opoponacum ⁊ anzarath q: hoc eſt proprium gummi. Et bdelium eſt in hac re quaſi in primo gradu purgationis. et poſt ipſum eſt aſpaltum et opoponacum. et poſt ipſum anzarat. ⁊ doſis aſpalti eſt a ʒ. i. vſqꝫ ad mediam.

℄ Et anzarat deſiccat ſine mordicatione ideo cõſolidat vulnera facta propter percuſſionem.

℄ Satyrion. ideſt teſticuli vulpis: ⁊ in arabico baldaalzahalep. calidum eſt cum multa humiditate: ⁊ propterea mouet coitũ: ⁊ noia ſapientũ euilſalic: ⁊ euoſalic iurauerunt in eorum animabus quia curat ſpaſmum poſtreme partis qñ bibitur eius ſuccus cum vino nigro ſtyptico.

℄ Alcarſfas. ideſt apium. eſt tante caliditatis q᷑ prouocat menſtrua ⁊ vrinã: et diſſoluit ventoſitatem ⁊ inflationem. et proprie ſemen eius. huiuſmodi eſt multarum ſpecierum: et fortior omnium eſt que nominatur becarcalion.

℄ Et endiuia quedam eſt ſilueſtris ⁊ quedam domeſtica. Silueſtris eſt frigida ⁊ ſicca in primo gradu. domeſtica eſt frigidior ⁊ humidior ⁊ ſignificat hoc eius ſtypticitas cum amaritudine. et ſtypticitas maior eſt amaritudine. Iuuamen ipſius maximum eſt. quia confert epati a tota ſubſtantia quia dictum eſt quot ſanat epar calidum ⁊ frigidũ equaliter. Sed mihi videtur quot plus conferat calido q̄ꝫ frigido quia amaritudo que eſt in ea abſtergit ⁊ aperit ſine multa calefactione.

℄ Malanchat. ideſt cepa ſquilla. calida eſt in ſecundo gradu: ⁊ virtutem habet inciſiuam: ſed non minus calefacit: et non vtimur ea niſi aſſata ⁊ cocta.

℄ Malſcia. ideſt abrotanum: eſt herba multe amaritudinis et nocet ſtomacho et interficit vermes ſua amaritudie ⁊ calefacit in fine ſecundi gradus ⁊ deſiccat in tertio.

℄ Alſcicelios. ideſt ſiſeleos: hec herba ⁊ ipſius ſemen habet proprietatem calefaciendi tantum donec prouocat vrinam valida prouocatione. ⁊ cum hoc ſubtiliat: ⁊ ꝑpter hoc confert epilepticis et cuidam egritudini noiate ortomie.

℄ Scenſcani. ideſt ſibminum. al'. ſiſſamum calefacit in fine primi gradus: ⁊ in principio ſecundi et humectat in tertio. et eius oleuꝫ eiuſdem proprietatis exiſtit.

℄ Malgazar. ideſt paſtinaca ipſius ſunt due ſpecies: ſcilicet domeſtica et ſilueſtris. Silueſtris fortior exiſtit in prouocando menſtrua ⁊ vrinaꝫ. Et folia harum ipſarum piſtata ⁊ ſuperpoſita vulneribus corroſiuis ſanant ipſa.

℄ Marcaf. ideſt cardus: alchi: eſt calidum in ſecundo et ſiccum in tertio mundificat putredinem per vrinam ſi in corpore adſit quando coquitur in vino et datur ad bibendum Et remouet fetorem ſubaſcellarum. ⁊ quot diſſoluitur ex toto corpore. Et generaliter hab et reſiſtere abs tota ſubſtantia quaſi putrefactioni: ⁊ eſt medicina cibalis que dat ſaporem carnibus. Et iccirco vtuntur eo nobiles loco melongiarum.

℄ Allium calidum eſt et ſiccum in tertio gradu.

℄ Elmaar. ca. eſt ⁊ ſiccũ in tertio gradu. occidit lũbricos ſ pueris ⁊ habet abſterſionem: ⁊ propterea ponitur in colirijſ que habent remouere vngulam ⁊ miſcetur cum medicinis que dantur contra antiquam tuſſim ⁊ aſma ⁊ eſt me⸗

dicina māifeſta i maturando. Et pōt eſſe ꝙ bonitas ſue maturatiōis ē ideo qꝛ ſubtiliat materiā eo mō quo non relinqt ſiccitatē groſſities nec duricieꝫ parti remanenti. Et hec maturatio eſt laudabilioꝛ ceteris oibꝰ. qꝛ i hac medicia nō pōt dici ꝙ maturet oppilādo poros. ec qꝛ abſtergit. Nec poteſt dici ꝙ hoc faciat ꝑ ſimilitudinem cōplexiōis cū corpore humano. qꝛ calidum eſt et ſiccum in tertio gradu.

¶ Sticados cōpoſitū ē ex ſtypticitate cū amaritudie et aromaticitate: et iō ꝺꝫ poni i ꝓmo gradu reꝝ q̄ calefaciūt. Et in ſcḋo eaꝝ q̄ deſiccant: Operatiōes ſue ſecūde et tertie ſūt aperitiue et abſterſiue et ꝯfortatiue omniū membroꝝ interioꝝ et exteriorum. et ideo vtilioꝛ medicina eſt hec cōtra laſſitudinem omnibus alijs medicinis. Jccirco quia laſſitudo nō eſt niſi defectus virtutis propter onus humorum.

¶ Cōdiſi. i. helleborus albus calidus en in quarto gradu. et ſiccus in eodem: ⁊ commouet ſternutationem: ⁊ eſt venenum quare non debet poni in corpore.

¶ Storax calamita calida eſt in ſecundo gradu. ⁊ ſicca in primo: ⁊ ſignū huius eſt quia mollificat ⁊ curat tuſſim ⁊ valet reumati ⁊ aſperitati gutturis ⁊ pectoris: ⁊ prouocat menſtrua quando bibitur aut ex ea fit peſſarium.

¶ Ficus nos fuimus locuti de eis in eo ꝙ ſunt cibus. Sed nūc dicemus i eo ꝙ ſunt medicie: v̓tutē habēt maturatiuaꝫ qñ fit ex eis emplaſtrū ⁊ ꝓprie ſicce. Et ſicce ⁊ virides habēt laxare ventrē. Et decoctio ipſaꝝ quādo multū coquunt̄ aſſimilat̄ melli: ſed cōplexio ſue arboris eſt calida ⁊ ſubtilis: ⁊ ꝓprie lac: ⁊ ideo dixit ꝙ euellit verucas ⁊ laxat ventrem. ⁊ ſilueſtres ſunt fortiores in hac re domeſticis.

¶ Selec. i. bleta hꝫ v̓tutē baurachiā: ⁊ ꝺcoctio eā remouet ⁊ ē abſterſiua ⁊ mollificatiua: ⁊ eiꝰ ſuccus ſuppoſitꝰ i naribꝰ diſſoluit ſupfluitates cerebri: ⁊ i albis plus manifeſtat̄ hec v̓tus q̄ꝫ in nigris: qꝛ nigre habēt aliquantulā ſtypticitatē.

¶ Halcuba. i. fenugrecū: ⁊ ē calidū i ſcḋo ⁊ ſiccū in ꝓmo. Et ꝑꝑꝛa habet propriā virtutē mollificandi duritiē vulue.

¶ Titimalus eſt in fine caloris ⁊ ꝓprie eius lac: ⁊ poſt illō ſemen. ⁊ poſt illud folia. ⁊ poſt illud radix. Radix cocta in aceto remouet incontinenti dolorem dentium: ⁊ maxime ſi eſt dens corroſus: ⁊ quando cadit in aliqua parte oris cōburit illam. Et propterea neceſſe eſt quando volumus ipſaꝫ ponere ſuper dentes alij dentes circū tegantur quia facit cadere dentem corruptum. Lac incidit pilos quando ſuperponitur. ⁊ ſi multotiens ſuperponatur euellit ⁊ priuat. Valet etiam contra omnes verucas ⁊ omnes fiſtulas. ⁊ hoc totum faciunt ſemina ⁊ folia: ſed debilius.

¶ Caihira ideſt dragagantū: virtutē hēt ꝯglutiatiuā: frāgit acumen rerum acutarū: neqꝫ deſiccat: vt alia gummi.

¶ Alchace. i. lactuca: hec herba ſubſtantie ē humide cum modica frigiditate ⁊ ſubſtantie ſicce eſt ſilueſtris: ſꝫ domeſtica habet ſubſtantiā aquoſam: ⁊ ꝓpter hoc maturat apoſtemata calida: ſed non frangit lapides exiſtentes in renibus: ⁊ ob hoc ponimus ipſam in primo gradu. frigiditatis ⁊ temperatam inter humiditatem ⁊ ſiccitatem.

¶ Hupuephatahalep. ideſt vua vulpis q̄ i latino nominatur vua canina vel maruella frigida ē ⁊ ſic. in ſcḋo gradu.

¶ Haltuelep. i. mulſa in lingua hiſpana. ⁊ eſt viriditas inuenta ſup aquā: frigida ⁊ humida eſt in gradu tertio.

¶ Halduchal. i. dactilariū: oēs partes ipſius dactilarij ſtypticitatē habent māifeſtā: ſed fructus eius cuꝫ eſt maturus aliquā habet caliditatem: cortices vero arboris maioreꝫ habent ſtypticitatem alijſ partibus ipſius.

¶ Heufericon. i. hypericon nelifricon. al̓. mellificon: ⁊ quidaꝫ appellāt hāc herbā cordialē: eo qꝛ aſſimilat̄ cordi. calida eſt cū ſubtili ſubſtātia: ideo ꝓuocat vrinā. ſed debemus vti folijs ⁊ nō ſemine: facto emplaſtro ſuper combuſtionem ignis ſanat. Siccata vero ⁊ puluerizata poſita ſuper ſordiciem ſanat: ⁊ quidam dant ipſam contra ſciaticam.

¶ Halcufa. i. hyſopus calida ē ⁊ ſicca i tertio gradu: cum ſubtili ſubſtantia: ⁊ ē ex rebus magis iuuatiuis ad aperiendas oppilationes ⁊ ad ſubtiliandum humores.

¶ Lens hꝫ frigiditatē nō forteꝫ: ⁊ eſt tēperata iter caliditatē ⁊ frigiditatem: ⁊ eſt ſicca i ſcḋo gradu. decoctio ipſius laxat ⁊ medulla ipſius ſtringit. ⁊ iccirco qui vult ſtringere ventrē debet coquere lentes pluries in aqua: ⁊ proiecta ea poſtmodum ponere aliam et ſtringunt.

¶ Valeriana. vl̓ fu. q̄ hñ aromatica ē: eq̄lis ē v̓tuti ſpice. ſꝫ melius vꝫ ea i rebꝰ pluribꝰ: qꝛ plus ꝓuocat vrinā ſpica.

¶ Halcheria. i. galbanū calidū i ꝓncipio tertij gradꝰ ē ſic cū i ꝓncipio ſecūdi: hꝫ v̓tutē diſſolutiuā et mollificatiuā.

¶ Camedreos ca. eſt et ſic. i ſecūdo gradu. et ſignificat hoc amaritudo cum acumine. et prouocat menſtrua et icidit humores groſſos et exoppilat membra interiora.

¶ Beſcarcoton. ideſt pſilium frigidum eſt in ſecundo gradu et medium inter ſiccum et humidum.

¶ Camepiteos calidū eſt in ſecundo. et ſic. in tertio. dominās i ſapore ipſius ē amaritudo cum acumine. valet ictericie q̄ fit ex oppilatiōe et ꝓuocat menſtrua et vrinam.

¶ Cinis reꝝ ꝯbuſtaꝝ ē cōpoſitꝰ ex ꝯ̄rijs rebꝰ ħ ē ex ꝑtibus terreſtribꝰ ⁊ ꝑtibꝰ ꝑpinqs nature fluxus q̄ lotione remouet̄ et remanet pars terreſtris deſiccatiua ſine mordicatiōe et cineres diuerſificant̄ ſcḋꝫ diuerſitatē reꝝ ex q̄bus fiunt.

¶ Fumus ois ē calidus deſiccatiuꝰ. Et q̄uis fumus hēat hanc cōplōnē. tñ ſemꝑ ꝑmanet in eo virtus rei ex qua eſt fumus. ꝓpterea vtimur in medicatione palpebrarum inuerſarum fumo thuris ad generandū bonā carnē ⁊ ad faciendūꝫ naſci pilos palpebrarū. ⁊ vtimur in medicatione oculorum apoſtematoꝝ ꝑꝑ decurſū humoꝝ. Et fumus myrrhe ē ſilis fumo thuris. ſed fumus thuris eſt aliquantulum fortior. Fumus terebinthine ē fortioꝛ. al̓. ſimilis fumo picis.

¶ Cap. xliij. Qḋ ē de medicis que ex mineris ſunt.

Vſqꝫ locuti ſumus de vna parte medicinaruꝫ terre naſcentium que magis vſitate ſunt in arte medicine ſm ꝙ teſtificatū ē a. G. ⁊ alijs. ⁊ compēdioſe locuti ſumus. ideo qꝛ poſuimus ea quaſi exempla alijs que aſſimilantur eis in qualitatibus ſupradictis: excepto i proprietatibus. Deinceps volumus loqui de medicinis que appropriantur mineris.

¶ Thitiacrū. i. terra ſigillata ē frigida ⁊ ſicca cū ſtypticitate tēperata valet contra venenum abſcindit ſputū ſanguinis ⁊ dyſenteriam que prouenit ab inteſtinis ⁊ epate. ⁊ deſiccat parua apoſtemata quando ſuperponitur eis.

¶ Thitarmin. i. bolus armenus frigidus ē ⁊ ſiccus fortis ſtypticitatis: vꝫ ꝯ̄ fluxū vētris ⁊ ſputū ſanguinis ꝺſiccat apoſtemata pulmonis ita ꝙ idurat ap̄ata. ⁊ ſic ꝑſeruat ifirmuꝫ ne moriat̄. ⁊ maxie qñ incedit ad habitādū regiōes calidas ⁊ valet contra egritudines peſtilentiales.

¶ Secdeneg. i. lapis emathitis: ⁊ dicit̄ lapis ſanguinis. frigide ⁊ ſicce cōplexiōis exiſtit: ⁊ ꝯfert groſſitudini palpebraꝝ quando eſt abluta deſiccat vlcerationes oculorum.

¶ Terra ſtelle. i. talch. frigida ē ⁊ ſicca temperate ⁊ ē minoris ſiccitatis aliarum thit. ideſt terrarum ſeu lutorum.

¶ Halmogra. i. bolus cū q̄ tigunt̄ muri ſeu parietes frigide ⁊ ſicce ꝯplōnis exiſtit. necat lūbricos ſeu v̓mes iteſtinoꝝ.

¶ Algetin. i. gypſuꝫ. ꝺſiccat ⁊ ꝯſolidat. ⁊ cōfert iciſiōi arteriaꝝ qñ miſcet̄ cū albugine oui. ⁊ puluere molendini. et cuꝫ pilis leporis minutiſſime inciſis. ⁊ ponit̄ ſuper inciſionē.

¶ Harſiregalroſcar. i. calx plūbi ⁊ in latino ceruſa noiatur frigida ē ⁊ ſicca. deſiccat vlcera abſqꝫ mordicatione.

¶ Almura. i. calx viua dicit̄ ⁊ eſt calx lapidis fortis. exiſtit multe calefactiōis. et mortificat carnē ⁊ qñ abluit̄ pluribus vicibꝰ cū aqua deſiccat vlcera ſine mordicatiōe. ſꝫ hec terra hic apud nos non inuenitur: Sed tamen illa cum qua nos ſigillamus cartas noſtras quando abluimus ipſam. nō eſt longinqua ab operationibus dictarum terrarum.

¶ Sanguis draconis frigidus eſt ⁊ ſiccus. valet cōtra groſſiciem palpebrarū. ⁊ lotus remouet maculam oculi.

¶ Lapis lazuli purgat melācholiā. et valet melācholicis ⁊ eſt vehemētis purgationis ⁊ timoroſe. et doſis eſt a. ʒ. 5. vſqꝫ ad vnam cum multis refrenantibus. ⁊ puluerizatus

ſuper palpebras facit naſci pilos. quia minuit humores ca
lidos: eo quia abſtergit: ⁊ cum eadem habet ſtipticitatem: ⁊
ideo facit oriri pilos qꝛ remouet humores calidos: ⁊ reddit
membrum ad priſtinam complexionem.
¶ Lapis ſpongie frangit lapidem ſolum in renibus.
¶ Antimoniũ frigiditatẽ hẽt cũ ſtipticitate. ⁊ ꝯfert caliditati ⁊ hũiditati. q̃ exiſtit i oculo. ⁊ deſiccat lachrymas. et mundificat vlceratiões oculoꝝ. et ẽ habens proprietatem confortandi oculum in omnibus ſuis qualitatibus.
¶ Lithargyriũ. ⁊ i arabico dicit merdaſegni tẽperatũ ẽ inter caliditatẽ et frigiditatẽ et deſiccat. et eſt i eo aliq̃ corroſio et facit in eo generare carnẽ in vlceribus humidis.
¶ Tucia fit in fornace i qua depurat es: deſiccat ſine mordicatione: ⁊ marie qñ abluitur ⁊ deſiccat lachrymas: ⁊ abſcidit materias que diſcurrunt ad oculos.
¶ Climia auri ⁊ argenti ãbe ſunt frigide ⁊ ſicce. Sꝫ auri ſiccior eſt ⁊ magis abſterſiua: ⁊ quando comburitur ⁊ extinguitur ẽ ſine mordicatiõe: ⁊ generat carnem imaculatã oculoꝝ ⁊ illa generaliter ẽ laudabilis que aſcendit ex fumo quãdo diſſoluitur aurum vel argentum.
¶ Ueſſaf. i. ferrũ ẽ vehementis ſiccitatis quando multũ teritur ⁊ ifundit i aceto pluries vel in lacte caprino acetoſo valet ꝯ̃ limoſitatem ſtomaci. ⁊ contra dolorẽ ſplenis ⁊ paſſionem ani. ⁊ facit naſci carnem in auribus vlceratis.
¶ Sal ſcđm oẽm ſpẽꝫ ca. et ſi. ſtipitcitatẽ hꝫ cũ abſterſiõe. et baurach maiorẽ hꝫ abſterſionẽ ꝑꝑea plus laxat ventrem.
¶ Carnid. i. arſenicũ vel auripigmẽtũ vſtiuũ ẽ: ⁊ qñ ꝯburitur ẽ ſubtilius. Et ex eo fit cõpoſitio q̃ remouet pilos.
¶ Albufat. i. ſulfur hꝫ virtutẽ attractiuã cũ cõplexiõe calida ⁊ ſubſtantia ſubtili ⁊ eo reſiſtit venenis animalium quãdo pulueriꝫatur ⁊ ſpargitur loco morſo. aut icorporatur cũ ſputo oleo melle aut viſco ⁊ curat ſcabiem.
¶ Alceg. i. vitriolũ oẽs tres ſue ſpẽs hñt virtutẽ cõſtrictiuã cũ ſtypticitate ⁊ diuerſificant i ſubtilitate ⁊ groſſicie: qꝛ groſſius ẽ rubeum poſt illud cholcotar ⁊ poſt illud viride: ⁊ rubeum ⁊ viride ẽ quaſi mã cholcotar. ⁊ talis cõparatio cholcotar ad viride. Et dicit. G. qꝫ qñ iuit ad iſulã cãdie. i. romanoꝝ itrauit quãdã minerã et iuenit tres venas: ⁊ i infima vena iuenit vitriolũ rubeũ: et poſt illã cholcotar: et poſt illaꝫ erat viride: et hec ordinatio locorũ ſignificat ſup hoc qđ diximus: et rubeũ ẽ minoris mordicationis viridi ꝑꝑ groſſiciem ſue ſubſtantie: et rubeũ et viride non diſſoluunt: quia rubeum ẽ induratum induratione lapidea: et viride eſt nimis coctum. Sed cholcotar liquefit.
¶ Plumbũ qđ dominat i ſuis ꝑtibꝰ ẽ ſubſtãtia frigida et humida: ꝑꝑea qꝛ frigiditas ẽ q̃ ipm ꝯgelauit: et ideo qñ piſtatur i mortario cũ aliqbus liquoribꝰ vel aliqbꝰ oleis vt oleo roſato refrigerat: et valet ꝯ̃ apoſtemata teſticuloꝝ et ani et cõtra cancrũ: et facit ceſſare mãs diſcurrentes ad aures et pedes. Et qñ fit ex eo lamen et ponit ſuper femur ꝓuat coituꝫ ſed multũ ledunt inſtrumẽta ſpermatis: et laminatũ ſubtiliter et ſuperpoſitum neruo torto et groſſo diſſoluit et rectificat. et hoc qđ diſſoluit ſignificat qꝫ hẽt virtutẽ diſſolutiuaꝫ cõparando ipſum carni hominis. q̃uis dominetur ſuper ipſius complexionem frigiditas.
¶ Teſta ṽtutẽ hꝫ abſterſiuã et đſiccatiuã et ꝓ̃pe teſta furni.
¶ Arſenicũ rubeũ vel auripigmentũ rubeũ ẽ eiuſdẽ virtutis alterius auripigmẽti: eo qꝫ hꝫ virtutẽ mollificandi.
¶ Alfeep. i. alumen: hec medicina ẽ maxime ſtypticitatis: et ꝓpter hoc denominata eſt in lingua greca ab hoc: et ſunt ipſius multe ſpecies: et omnes ſunt multe groſſitudinis: ⁊ quod ſubtilius eſt: eſt illud de turchia.
¶ Calcucecaumenon. i. es vſtum habet intenſum acumen cum ſtypticitate: ideo qꝛ lauatur per remotioneꝫ partis fumoſe. tunc fiunt medicine cicatriꝫatiue in corporibus et mẽbris duris: non eſt neceſſaria lotio.
¶ Tubel. i. lamen eris ſubtilis. ẽ ſuptilioris ſubſtantie ere viſo: et propter hoc ipſum in colirijs ponimus: quia habet maiorem abſterſionem et ſiccitatem q̃ꝫ galla.
¶ Lazacalaap. i. ꝯſolidatura auri. et i arabico dicit cõbar. ⁊ ſũt duaꝝ ſpẽꝝ. vna ẽ ipiꝰ vene. vel minere. et alia fit i mortario eris. et piſtillo eris cũ vria pueri. tpe caloris terẽdo vł ꝯquaſſãdo. et illđ ẽ meliꝰ qđ fit i mortario eris rubei. et eiꝰ ṽtus ẽ diſſolutiua abſq̃ꝫ graui mordicatiõe. et đſiccat. et qđ factũ ẽ maioris ẽ deſiccatiõis illo. qđ ẽ ex vena. et minoris mordicatiõis et qñ cõburit qđ ẽ ex minera ẽ ſubtiliꝰ.
¶ Zimar. i. viride eris magnũ hꝫ acumẽ. et corrodit carneꝫ ꝑꝑea nõ đbemꝰ vti eo niſi i idigẽtia diminutiõis carnis. Sꝫ i vulneribꝰ ſimplicibꝰ nõ ẽ vtendũ eo. qꝛ non cõſolidat. nec carnẽ generat. ¶ Hucuſq̃ꝫ diximꝰ đ mineris cõpendioſe. Sꝫ deiceps volumꝰ dicere de carne et eius humiditate.
¶ Capitulum. xliiij. Quod eſt de diuerſis operationibus lactis ſecundum eius diuerſitatem. et de eis.
illis ventris conſtipatio: quod exiſtit. ⁊ conſtipatio hec acci
dit' propter caliditatem ⁊ ſiccitatem . ⁊ virtutis expulſiue
debilitatem. Et ſic dicendum eſt de medicatione vniuſcu-
iuſqȝ iſtorum per ſe.

¶ Capitulum. vij. Quod eſt de cura febris ephimere quā
do eſt cum fluxu ventris.

Et dico ꝙ illi cui accidit fluxus ventris in ipſi-
us curatione conſideratio eſt habenda. Ita ꝙ ſi
humor eductus eſt ⁊ fluxꝰ ceſſauit:fac ipſum in-
gredi balneum: ⁊ ipſum ciba cum confortantibꝰ
ſtomachum. ⁊ ipſum ſtomachum cum vnguentis confortā
tibus vnge. Sed cum fluxus eſt in ſtatu melius eſt vt in bal
neum ipſos ire non permittas. hoc Gali. dicit:ſed noui me
dici medicantur fortem fluxum cum balneo. quia dicūt ꝙ
attractionem facit ad oppoſitam partem. ⁊ quanuis ita ſit
non eſt propria medicina. ſed eſt per accidens. ⁊ ideo quia ē
per ſimilitudinis viam. Et tu ſcis ꝙ contrarium debet ex-
pelli per ſuum contrarium. vnde hoc quando poſſumuſ eſt
dimittendum. Sed patiens eſt cibandus abſqȝ poſitione ip
ſius in balneo. immo debes conſeruare vt rectifices ipſius
ſtomachum euacuatione ceſſante cū lana infuſa in oleo ab-
ſinthij ⁊ oleo roſaceo et ſi maſticem contritum acceperis et
cum oleo roſaceo miſcueris ⁊ predicte lane infuderis: mul-
to fortius operabitur. Et vniuerſaliter ſcias ꝙ in membris
principalibuſ non eſt ſupponenda medicina actualiter frigi
da. quanuis potentialiter frigida exiſtat. Et ſi fuerit mul-
ta inflammatio in ore ſtomachi miſceas cū iſtis oleis ſuccū
extremorum vitium ⁊ ſuccum citoniorum ⁊ aliqui apponūt
ceram ⁊ faciunt inde cerotum. Et aliqui ex hac medicia mi
rantur: ⁊. dicunt cum eger os ſtomachi habeat mala cōple-
xione calida viciatum. cur Ga. ponit maſticem cū oleo ro.
⁊ nos reſpondemus ꝙ ſignificatio hec recepta a mala com
plexione ſola eſt alia a ſignificatione recepta a complexione
membri. Ob hoc quia intentio medicationis iſtius membri
eſt vt fortificetur cum medicinis habentibus aliquid ſtypti
citatis cum amaritudine ⁊ aromaticitate. Et propter hoc ꝓ
mi experimentatores non curabant debilitatem ſtomachi:
niſi cum his ſupradictis. Et poſſibile eſt vt multis homini
bus noceant: eo ꝙ malam complexionem non conſidera-
bant. ſicut dicit Ga. vni accidit qui malam complexionem
habebat in ſtomacho calidam ⁊ ſic. Multum ergo conſide-
randum eſt ſi mala complexio eſt tāta vt ipſam nimium ti-
meamus:ſtudebimus ſolū in oris ſtomachi confortatione.
⁊ ſi non admiſcebimus cum his frigidas medicinas obſer-
uato vt ſint illis ſimiles in ſtypticitate. ⁊ tales medicine ſunt
multe. Sed ſi fluxus non ceſſauerit non deſiſtas ipſum ci-
bare cum rebus ſtypticitatem habentibus. ⁊ ſm quantita-
tem fluxus ipſum rege. Nam ſi paucus ſit fluxus ſufficit
panis biſcoctus cum zucharo vel ſucco ro . confectus : aut
citoniorum ſucco. Et ſi multus ſit fortioribus vtere vel pa-
ne biſcocto hordei cum ſucco citoniorum. ⁊ vinum pomorū
granatorum eſt bonus cibus ſm Ga. Sed ſi ceſſauerit flu
xus mica paniſ ꝯueniens eſt. Et ſi superuenerit caſus appe
titus ſumat electuarium citoniorum cum aliquantulo ma
ſtice cum ſucco extremorum vitis. Et Galie. vtitur hoc ele-
ctuario citoniorum quod compoſuit in fine regiminis ſani
tatis. Sed medicina in qua intrat piper aut res calide tunc
eſt vitanda: ⁊ maxime in climate noſtro tempore calido ⁊ ca
lida complexione. Et quando iſtis accidit ventris conſtipa
tio:tunc conſiderandum eſt in quo loco ſit cibi retētio. vtrū
in ſtomacho aut in inteſtinis. ſi eſt in ſtomacho. Galie. pre
cepit dari confectionem trium piperum. ſed non de forti in
qua intrant medicine:ſed de debili quam poſuit in libro de
ingenio ſanitatis. Et hec medina non eſt conueniens niſi il
li in quo cibuſ permutatur in ſtomacho ad acetoſitatē quia
ſtomachis calidis ⁊ nauſeam ex caliditate habentibus hec
non erit vtilis medicina. Et eſt dictum Galie. quod iam de
claratum eſt in egritudinum libro quot virtus membrorum
eque debilitatur per ꝯplexionē calidā malaȝ ſicut per fridā
quia aliquod membrorum non habet ſua accidentia niſi ꝑ
menſuratum calorem. Et ſi debilitatur per complexionem
frigidam eſt hoc ſubſtantiale. eo ꝙ eſt ei neceſſarium. Et ꝓ
pter complexionem calidam erit per accidens ſicut ſol fortiſ
qui extinguit ignem. ⁊ calor fortis fornacis extinguit cāde-
lam. Similiter poteſt dici ſm Gali. de debilitate ſtomachi
que fit propter cauſas calidas ⁊ nauſeas calidas. ergo Ga.
non reſperit niſi ad frigiditatē que ſtomacho accidit per ac
cidens in hac arte. ⁊ hoc curare intendebat. ¶ Sed proui
dendum eſt ſuper complexionem malam: ⁊ ſic medicine mi-
ſceri debent. Sed credo ꝙ clima ſuum ipſum in hoc ſuſten-
tauit. ¶ Et mihi videtur ꝙ electuarium citoniorum mixtū
cum ligno aloes:maſtice:gari. multum valet ſi ſit taliter cō-
poſitum vt frigiditas citoniorum vincat ipſorum calidita-
tem. Et non ē tradendum obliuioni de modis compoſitio-
nis harum compoſitionum. quoniam ſi volueris frangere
virtutes ipſarum medicinarum abſq̄ȝ citonijs potes hoc fa
cere cum extremitatibus vitium:vel cum alijs rebus frigi-
dis: ⁊ ſtypticis: ⁊ medicus in hoc prouiſor eſſe debet vt reſi-
ſtat ei qꝺ plus eſt timendum. ¶ Et melius eſt ꝙ calor ꝗ ex

hac prouenit mixtione ſit in primo gradu.et quando fuerit
neceſſe frigiditatem ſtomachi remouere diminuat res frigi
das:ſicut nos diminuimus in aliquibus quantitatem cali-
darum quando non oportet complexionem calidam procu
rare.⁊ Galienus precepit embrocari ventrem iſtorum cum
aqua calida:⁊ intendit per hoc ventrem mollificare ſed qa
mollificatio nocet ſtomacho:oportet ꝙ fiat cum timore . et
quamuis mollificatio ſit huic cõgrua egritudini nature mẽ
bri contraria exiſtit.Ob hoc eſt neceſſe has duas res miſce
re aut ſemper rem conuenientem ordinare.❡ Sed cum ci-
bus ex ſtomacho deſcendit:tunc embrocatio valde vtilis exi
ſtit:hoc obſeruato ne cibus indigeſtus ad membra traha-
tur embrocata hic clyſtere melius ẽ omnibus que fieri poſ
ſunt.⁊ ſi non eſt mordicatio aut ventoſitas:tunc ſufficit cly
ſtere factum ex melle oleo:⁊ aliquantulo ſale.⁊ ſi mordica-
tio fuerit:tunc admiſceantur pinguedineſ anſeris ⁊ galline.
Et ſi ventoſitas affuerit neceſſe eſt vt in oleo coquatur parũ
rute.⁊ ſemina reſoluentia ventoſitatem.ſicut ſemen appij et
cymini ⁊ ſimilium. Et ventoſitas cum nauſea in hoc loco ſi
gnificat ꝙ naturalis calor debilis eſt:⁊ propter hoc nõ ẽ ca
lefaciendum nec refrigerandum.ſed vtriſqȝ vtendum erit.et
aliquando hec febris tribus diebus perdurat:ſed non time
as ⁊ rege ipſos poſt exitum paroxiſmi.et poſt euacuationeȝ
ventris ponendo ipſos in balneo.⁊ ciba ipſos cibis conue-
nientibus.Sed ex nauſea acetoſa hec febris non fit ob hoc
quia ex illis ſubſtantia fumoſa non generatur que ſpiritum
inflammet.Et ſcias ꝙ in complexionibus frigidis ⁊ humi
dis raro hec febris accidit.ſimiliter neqȝ in frigidis ⁊ ſiccis
Sed calida ⁊ ſicca omnibus paratior ad hoc exiſtit . ⁊ pro-
pter hoc illud quod plus nocet corporibus ſic diſpoſitis eſt
fames.⁊ exercitium temperamentum excedens ⁊ negligen-
tia balnei.Sed qui febricitant feb.que fit propter buboni-
cum apoſtema quod fit in ſubaſcellis inguinibus vltimum
medicamen illius apoſtematis eſt curatio.Et ſi propter reu
ma hoc accidit medicine purgantes neceſſarie exiſtunt . Et
ſi fuerit propter ſanguinis abundantiaȝ minutione indiget.
quia hec preſeruat ne ĩ vlteriores egritudines cadat.Et G.
precepit vt has febres patientes ponantur in balneum . ſed
mihi non placet vt fiat niſi in declinatione.Et hoc ſufficit ĩ
medicatione ephimerarum:coniuncto tamen hoc cauſis ex
terminatis in libro egritudinum.

❡ Cap.viij.Qd eſt de curatiõe febriũ acutaꝝ arſiuarum.

Einceps volumus loqui de febribus arſiuis vel
acutis que dicuntur arſiue.ideo quia iſte febres
ſunt medie inter putridas et ephimeras. Et dici
mus ꝙ iam dictum eſt in libro egritudinum : ꝙ
hec febris fit ex multo ſanguine:⁊ ſunt ſpecies due : vna eſt
dum ſanguis non eſt putrefactus:⁊ alia eſt:dum ſanguis iã
putrefieri incipit. Et vnaqueqȝ iſtarum trino diſponet mo
do.Unus eſt vt homotenus cõtinue affligatur a principio
vſqȝ ad finem equaliter:⁊ hoc fit propterea:quia ideȝ quod
diſſoluitur eſt equale ei quod reſoluitur.Secundus moduſ
eſt vt a principio augmentetur vſqȝ ad finem.⁊ hoc accidit
propterea.quia illud quod diſſoluitur eſt plus eo quod re-
ſoluitur.Tertius modus eſt vt a principio vſqȝ ad fineȝ de
creſcat.⁊ hoc fit ideo quia illud quod diſſoluitur minus eſt
eo quod reſoluitur.Et quia hec febris fit propter oppilatio
nem ſm vaſa:medicatio ipſius erit per phlebotomiam . et
maxime cum non eſt ſanguis putrefactus . Et Ga.hic di-
cit ꝙ quando natura fortis eſt extrahamus vſqȝ ad ſynco-
pim.⁊ dicit ꝙ propter hoc corpus refrigerationeȝ habebit.
⁊ poſſibile erit vt cholera abijciatur per partem ſuperiorem
aut inferiorem.Et dicit hanc medicationem in hac feb.eſſe
neceſſariam.Et ego dico ꝙ hec quantitas euacuationis ar
tificialiter non exiſtit.immo valde eſt erronea.eo ꝙ hec ars
imitatur naturam.⁊ nunqȝ fit criſis laudabilis per euacua
tionem ſanguinis vſqȝ ad ſyncopim perducentem . immo
hec prouenit a criſibus malis.in quibus virtus expulſiua
pluſqȝ conueniens eſt:expellit.Adhuc non eſt intentio eua
cuationis inquantum eſt euacuatio.niſi ad remotionem ſu
perflui ſanguinis peccantis quantitate.⁊ ad conſeruatio-
nem quantitatis naturalis.ergo quomodo poteſt ſanguis
euacuari vſqȝ ad ſyncopim.niſi cum detrimento ſanguinis
naturalis.hoc impoſſibile eſſe videtur.Et Galie.non intel
lexit per hoc niſi ſubitam corporis refrigerationeȝ.ergo hec
medicina accidentalis eſt periculoſa.vnde melius eſt vt ali
quantulũ ex calore remaneat extraneo.quam calor natura-
lis diminuatur.Adhuc non eſt credendum vt in tali corpo-
re quale eſt iſtud non ſit putrefactionis alicuius humoris p̃
paratio:ergo ſi diminuis calorem naturalem corrumpetur
humor ⁊ virtus diminuetur.⁊ non erit qui huius erroris fa
ciat correctionem.Signa ergo per que cognoſcimus febreȝ
eſſe a putrefactione exemptam.ſunt ſigna commutatiua et
non fixa.Conſidera ergo quot in hoc loco eminent pericu-
la.Et cum in hac febre apparent ſigna putrefactionis per
vrinam aut pulſum phlebotomia non fiat vſqȝ ad ſyncopi
perducens.quia impoſſibile eſt vt poſt minutionem non re
maneat putrefactio vſqȝ ad ſeptimum diem.⁊ propter hoc
eſt neceſſe vt remaneat virtus ſufficiens digeſtioni. Et dicit
Galie.ꝙ quando medicabis hanc febrem ſanguinis cum
putredine.tunc non eſt expectandum vſqȝ ad digeſtionem
materie.Et ex hoc intelligere debemus ꝙ in principio phle
botomare debemus.⁊ demum potare aquam frigidam in
niue frigidatam tandiu donec corpus ipſius ad frigiditateȝ
deueniat.Et hoc fieri debet conſideratis certis conſidera-
tionibus.¶Prima eſt vt egritudo ſit digeſta.⁊ vt in viſceri-
bus non ſit apoſtema.⁊ vt in ore ſtomachi non ſit debilitas
neqȝ frigiditas:nec quando infirmus nõ eſt aſſuetus aquã
frigidam bibere.⁊ ſic eſſe debet:quoniam illud quod hic in
ducit ad malam complexionem contrarium exiſtit eiuſdem
rei que cauſam habet remouere:quoniam aqua frigida hu
morem incrudat ⁊ impedit digeſtionem.Et impoſſibile eſt
hanc febrem integre remouere donec cauſa ipſam faciens ĩ
corpore reperiatur:ergo quomodo potabit aquam frigidaȝ
habens ſtomachum debilem et frigidum quin ei accidat ti
mor ⁊ ſtupefactio ⁊ conſimiles egritudines ex mala comple
xione frigida. Et iam inuenti ſunt homines qui biberunt
aquam frigidam ſemel in quantitate multa.⁊ inde ad con-
ſtrictionem anhelitus deuenerunt propter friditatẽ muſcu
li vel nerui ⁊ diafragmatis.⁊ taliter ꝙ nõ potuerũt aliquid
deglutire:⁊ q ipſam bibunt iam facta digeſtione:tunc natu-
ram optime adiuuant:eo ꝙ tunc ibi iam aliud non reman-
ſit:niſi mala complexio calida:⁊ illa tunc remouetur ab aq̃
frigide bibitione:⁊ ſic natura meliorem facit operationem ĩ
humore tali.ſ.perficiendo digeſtionem ⁊ malam materiam
expellendo:quoniam ipſa mala complexio hoc facere pro-
hibebat.⁊ hic eſt tractatus Ga.in potatione aque frigide ĩ
hac egritudine.❡ Et debes ſcire ꝙ hec febris latitudinem
habet magnam in ſuo calore ſm magis ⁊ minus:⁊ propter
hoc q̃ fortioris caloris ẽ dicitur arſiua.i.cauſon.❡ Et hec
latitudo diuerſificatur ſm climata.Et quando omnia par-
ticularia concordant cum febre que eſt arſiua . et infirmus
multum deſiderat aquam frigidam:non in hac eſt digeſtio
expectanda:qꝛ eger ante digeſtionem conſumetur.⁊ ſi feceriſ
ipſum pati vſqȝ ad digeſtionis aperitionem:tunc erit ipſiuſ
digeſtio mala:quemadmodum eſt nebula nigra aut hypo-
ſtaſis nigra propter nimietatem combuſtionis ⁊ tunc aque
frigide exhibitio nõ valebit.❡ Et propterea melius eſt in
principio ſine etiam digeſtionis ſignorum apparitione exhi
bere ⁊ nõ curare:ex dictis aliquorum:quoniam hec res eſt
veraciſſime probata:nam materia que talem facit febrẽ qua
lis iſta eſt cum ſit in vltimo caliditatis non eſt priuata dige
ſtione niſi propter malam qualitatem acutam:non propter
groſſiciem nec propter viſcoſitatem:⁊ quando hanc infrigi-
dabis:tunc ſtatim erit materia digeſta.⁊ melius eſt vt ꝯuer
tas talẽ febrem ad febrem lentam ⁊ longam que curari põt:
q̃ȝ eger ſubito moriatur.nam error qui fit in alteratione cõ-
plexionis febrium facilior eſt q̃ȝ mors.Et ego credo quot il

Iſ quibus digeſtio debet expectari ſi detur aqua frigida citius curarentur ſi eius virtus extitit fortis: q̄uis egritudo fuerit longa. Dicit enim Raſis ꝙ duo iuuenes in diebus canicularibus iter agebant: quorum vnus erat dominus ⁊ alter ſeruus: ⁊ ambo hanc inciderunt febrez. et medicus domino aquam prebuit frigidam ⁊ ſeruo non propinauit. dominus euaſit. ⁊ ſeruus mortuus fuit. Et terre iſte noſtre medie ſunt inter terras. Ga. ⁊ Raſis in temperamento. ⁊ egreſſi ſumus ex eo quod noſtre intentionis erat: ⁊ propterea q2 tractatus curationis iſtius febris eſt vna partium tractatuſ feb. putridarum. ⁊ propter hoc bonum fuit narrare medicamentum quod vtriſq3 commune exiſtat.

Capitulum. ix. Quod eſt de cura febrium putridarum. et primo de eis i generali.

Ed dico ꝙ febrium q̄ ſunt ex mala cõplõne materiali: prima illaꝝ intẽtio duas ꝯſiderat res hoc ẽ vt malã remoueat ꝯplõnem et malam euacuet mãm. Et q2 mã eſt cum calore putridinali accidit hic tertia intẽtio. hoc eſt vt remoueanẽ cãe iuuantes ad faciendũ putrefactionẽ. et eſt ſuperfluĩ diminutio et poroꝝ apertio oppilationis. Et poroꝝ oppilatio accidit ꝑꝑ res ſtypticas aut frigidas aut deſiccatiuas: aut propter humoruꝫ groſſiciem aut viſcoſitatem. et aliq̃n hec omnia aggregantur. ergo tertia intẽtio eſt. vt vnũquodq3 iſtoꝝ remoueatur per ipſius cõtrariũ. Ergo vtplurimũ accidit vt cõtrariẽtur hec accidentia medicationi: et maxime q̃n ſuperuenit accidens qḋ ẽ cõtrariuꝫ ſignificationi medicationis febris. Sꝫ quando fuerit ſignificatio recepta ab eſſentia febris et cauſis ipſius. et vnum erit contrariũ alteri. tunc opꝫ medicum conſiderare ſuper accidentia ſi fortiſſima ſint. Et ſi non cogatur medicus a ſe. vel accidentibus. tunc inſtare debet remotioni cauſe. et per hanc viã remouebiẽ febris ſicut eſt in febribus de frigida cauſa. vt eſt febris melãcholie ⁊ flegmatis. Et ſi febris fortior cauſa fuerit: tunc opponat ſe febri ſaluo vt cauſe nõ obliuiſcatur. ⁊ poſſibile erit vt cogantur ambo cõſiderare equaliter. Et nos volumus in primis narrare febres que nõ habent accidẽtia reſiſtentia eorum medicationi. et poſtea narrabimus illas que habent accidentia cõtraria. eo ꝙ tractat⁹ reſiſtentie accidẽtium eſt alius a medicatione egritudinum ⁊ etiam alius a medicatione accidentium. quod eſt. q2 eoꝝ medicatio eſt per remotionẽ cauſarũ ſicut in egritudinibus. Sed reſiſtere accidentibus fit cuꝫ rebus que cito ea remouent. ⁊ ſubito per contrarium quãuis vt aliquando augmentant accidentiũ caſus ſicut opium in ſummis doloribus. Dicimus ꝙ frigiditas ⁊ humiditas in omnibus febribus ingreſſum habẽt per modũ medicine: et cibi. ⁊ hoc in rebus aſſumptis in corpus. ⁊ hoc fit ꝑ ꝓꝑias ipſarum virtutes ſoluꝫ. et aliquando fit vt aerem infridem⁹ et aliquando vt ipſum calefaciamus. et aliquando egruꝫ remoueamus de vno climate ad aliud. ſicut fit in periplemonico cui preſtamus vt vadat in ethiopiam vel ad arabiam. Sed euacuationes in febribus per phlebotomiam vel farmaciam fiunt per virtutes ſecundas aut tertias. aut ꝑ proprietates. et aliquando fiunt ꝑ balnea aut fricationes. Sed euacuationes per exercitiũ in febribus nõ fiunt. et eſt conſiderandum in quo ſit vnũquodq3 iſtorum faciendum aut plus vno. et in quo tẽpore. eo ꝙ tp̃s eſt vna ex rebus valde neceſſarijs i hac arte. et propterea dixit Hyp. ꝙ tp̃s ſit acutum: hoc eſt ꝙ tẽpus medicine latitudinẽ paucã habet. Et dicimus ꝙ phlebotomia fieri non dꝫ. niſi ſigna multi ſanguinis apparebunt: ſed melius eſt vt fiat quando nõ eſt malicia: niſi quãtitatiua ſicut ſuperius dictum eſt. Et tempus faciendi ſequiẽ fortitudo: q2 ſm plurimum fortitudo virtutis plus eſt in principijs egritudinum. ꝓpter hoc ordinauerunt quidam fieri phlebotomiã in ꝓncipijs egritudinum: ⁊ multi ſunt egrorum qui phlebotomiã patiuntur vſq3 ad vltra. 7. diem. Et ad remouendũ illoꝝ errorẽ dicit Ga. ꝙ debilitatem virtutis aut fortitudinem non ſequitur numerus dierum. Et quãtitas phlebotomationis recipiẽ a fortitudine egritudinis: ⁊ a complexione ⁊ ab etate. ⁊ tẽpore anni: cõſuetudine: dieta ⁊ conditionibus alijs. Sed bonitas virtutis ⁊ eius malicia ſequitur maliciam complexionis et eius bonitatem. ⁊ propter hoc ponitur a medico in vno genere. Sed euacuatio que fit aperiendo oppilationes fit incidendo humores ⁊ ſubtiliando ipſos ⁊ digerendo ipſos ⁊ rectificando illud quod poteſt rectificationem accipere ⁊ expellendo illud quod non poteſt rectificari: ⁊ hoc fit in omnib⁹ febribus ⁊ maxime in illis que non ſunt incenſiue. ⁊ etiam in omnibus horis ſeu temporibus egritudinis: eo ꝙ materia putrida non rectificatur: niſi his duabus rebus. ſ. expellendo illud quod rectificari non poteſt. ⁊ rectificãdo quod poteſt rectificari quemadmodum fit ab hominibus volentibus putrefactioni obuiare. Et neceſſe eſt regere naturam continue in prouocando vrinam. Sed quia maior pars harum medicinarum eſt calide ⁊ ſicce complexionis vt eſt ſemen appij ⁊ feniculi ⁊ ſimilium. ⁊ poſſibile eſt vt ex tali operatione febris augmentetur. ⁊ propter hoc neceſſe eſt vt frãgantur earum virtutes prime cum rebus frigidis ex natura ſui adiuuantibus illam operationem. ⁊ talia ſunt ſemia melonis cucumeris ⁊ horum ſimilium: ⁊ ſunt etiam ex medicinis harum operationum que ſunt temperate vel pauce caliditatis. quas damus febricitantibus: ſicut capillus veneris ⁊ endiuia ⁊ ſimilia. Et in ſumma intelligere debemuſ ꝙ quando operari volumus medicinas calidas ꝙ frangere debemus earum virtutes. ⁊ in his predictis medicinis inueniuntur due res. ſ. inciſio ⁊ ſubtiliatio. Et ſcias ꝙ euacuatio per vrinam eſt ex medicinis magis manifeſtis in febrib⁹ Et he medicine aliquando inducunt anguſtiam ⁊ inquietudinem ⁊ corruptionem ſtomachi ⁊ epatis. ⁊ proprie in fine febrium chronicarum. ⁊ propter hoc conuenit vt eis adminiſceantur ea que habent confortare membra prĩcipalia ſicut bulliendo in aqua predictarum aliquid maſticis. vel vt bibant aquam illam cum zucharo ro. ⁊ in his conuenit nobis magna exercere. ſ. in confortando: ſubtiliando ⁊ incidendo. Et ſi materia huius febris fuerit humor frigidus. ⁊ ſiccus oportet vt abſtineat ab his. ſ. calidis et ſiccis eo ꝙ iſta ſicca non debes quartanarijs exhibere. ⁊ ſi uis ei propinare debes hoc facere frangendo ſiccitatem earum cum radice liquiritie ⁊ zucharo viola. Sed quia zucharum viola. habet virtutem relaxatiuam prohibere poteris cum paſſulis. quoniam optime exiſtunt in hoc caſu: et ſunt neceſſarie: ſcilicet paſſule in remouendo ſiccitatem ſuperfluam ſquinzibin. ſ. ſyrupi acetoſi. eo ꝙ habet mordicare membra neruoſa. ſ. hypophagum ſeu meri et ſtomachum ⁊ cannaꝫ pulmonis: et aqua ciceris confert in maiori parte febriũ. Et quamuis aqua hordei ſit frigida et humida habet mundificare vias a ſupfluitatibuſ. et abſtergit et lauat vias abſq3 inflãmatõie. et eſt ex medicis laudabilis valde in hoc caſu. Et propter hoc ſquinzibin et aqua hordei laudata ſunt in curis febrium. Sed aqua hordei interdum ori ſtomachi habet inducere nocumentum. ⁊ propter hoc indiget rectificatione: ſcilicet ponendo in rotulo dimidio aque hordei characterem vnum ex maſtice. ſ. pondus. 4. granorum hordei et hec omnia indigent conſideratione. ſ. opponendo ſe periculoſiori et fortiori ſm plus et minus. Medicine enim laudate in relaxatione nature ſunt que habent has ſecundas virtutes: ſcilicet relaxare et qualitati febrili obuiare. et tales ſunt tamarindi et beneſeg. i. viole et tereniabin ſeu mãna et medulla bathec. Sed opꝫ vt vitemus dare mirobalanos ante digeſtionẽ ꝓpter ſtypticitatem ipſoꝝ: ſed alublep. i. corrigiola optima eſt in principio febris: q̄uis aliquam habeat caliditatem. Ordo autem medicinarum in mollificando naturam eſt quam dicturus ſum. ſ. tereniabin primo. ſecundo beneſeg. i. viole. tertio tamarindi. poſtea alublep medulla cucumeris ſarracẽici. ſ. anguine. ⁊ poſtea karſabar. i. caſſia fiſtula. deinde mirobal'. et conueniens eſt oibus febribus vti contrarijs a tota ſpecie putredinis febrilis. Sed q2 he medicine pro maiori parte calide exiſtũt ſicut

ſunt ſpẽs:ideo in modica q̃ʒtitate de ipſis ponere d̃bemus:
⁊ frãgere debemus eaꝝ virtutes primas. Sʒ medicis q̃ hãc
exercent operationẽ abſqʒ calefactione vti debemus in hoc
loco:ſicut eſt vinũ pomoꝝ granatoꝝ:⁊ ſandali albi ⁊ rubei
⁊ tabazir.i.ſpodiũ. Sʒ in ſandalis aliqua exiſtit oppilatio
⁊ cũ rectificata fuerit medicina materia vtilis exiſtit. ¶ Sʒ
medicine que hñt infridare ⁊ hũctare ſunt diuerſe vel varie
vel multe ſm diuerſitatẽ ⁊ multitudinẽ febriũ ĩ quãtitate ca
lidarũ ⁊ paucitate earũdẽ. ¶ Et ordo harũ medicinaꝝ ẽ ta
lis:q: primo danda eſt aqua hordei:⁊ poſtea ſyrupus iulep
⁊ eſt ſyrupus ſm quoſdam factus ex aqua roſe ⁊ zucharo
ſolum : ſicut laudauerunt aliqui noui. Sed propter ſicci-
tem aque roſate ponendum eſt tantundem aque ſimplicis.
⁊ plus ⁊ minus ſecundum q̄ videtur conuenire:⁊ qui ma-
gis fortis exiſtit eſt ſyrupus factus ex ſuccis frigidis ⁊ hu-
midis:ſicut eſt ſuccus cucurbite:⁊ cucumeris ſarracenici. et
citrulloꝝ ⁊ melonũ. ⁊ ſunt exterius coloris citrini:⁊ interi
us ſunt continui ⁊ albi:ſed quod fortius exiſtit eſt bibere ſuc
cum predictorum abſqʒ zucharo. ⁊ maxime ſuccũ anguine
.ſ.cucumeris ſarracenici:eo q̄ ꝯtrariatur cholere a tota ſub
ſtantia ſua. Sʒ tẽpus in quo de neceſſitate debem⁹ purgare
materiã peccãtem cũ medicina attractiua eſt hora ĩ qua exu
berat malicia humoris exeuntis in qualitate. ⁊ iam declara
uimus ſuperius. ⁊ hoc facere debemus forti exiſtente virtu
te. ⁊ tunc eſt certum qñ ſigna digeſtionis apparent:quoniaʒ
eo tempore collaudatur euacuatio facta a natura:eo q̄ vir-
tus expulſiua non mouetur ad expellendum ſuperfluitates
per viã naturalem niſi facta digeſtione. ⁊ in hac arte imitari
debemus opera nature toto poſſe. Et ſcire debes q̄ facta di
geſtione fit deſcenſio ⁊ expulſio abſqʒ aliquo impedimento
groſſitudinis vel viſcoſitatis vel oppilationis. Sed quan-
do non apparet digeſtio, tunc diſſenſio inter medicos repe-
ritur:eo q̄. Gal. ⁊ maior pars medicoꝝ dicunt q̄ minime
purgare debemus niſi materia ſit digeſta:niſi egritudo fue-
rit in vltimo acuitatis. Et hoc intelligere poſſumus ex di-
ctis Hypocratis:quoniam quando egritudo eſt in vltimo
acuitatis:tunc humores ſunt in vltima furioſitate. ⁊ non eſt
ſecuritas quin deſcendant ad quedam membra principalia
⁊ ledant ipſa niſi ſint euacuati in p̃cipio egritudinis:eo q:
humores qui acutiſſimi exiſtãt ſunt ſubtiles. ⁊ quia ibi nõ
eſt groſſicies nec viſcoſitas que prohibeat operationem me
dicine laxatiue. Et non põt ide prouenire niſi vnuʒ ſoluʒ no
cumentum:quod eſt:quia medicine laxatiue ſuis qualitati-
bus primis augmentant febrem. ⁊ illud poteſt remoueri mi
ſcendo cum eis frigida ⁊ humida ſm q̄ conuenit. Sʒ quan
do egritudo non eſt peracuta valde:ſed eſt quieta:tunc expe
ctanda eſt digeſtio. Et ſcire debes q̄ egritudines que acu-
te ſunt in terris Hyp. in terris noſtris peracute ſunt. et hoc
manifeſtatur:q: Hyp. non curabat egritudines acutas niſi
cum aqua hordei ⁊ melicrato ⁊ poſtq̃ʒ ita eſt egritudĩes acu
te noſtre regionis ⁊ illarum calidarum terraruʒ medicande
ſunt cum medicinis attratiuis vel laxatiuis in p̃cipio egri
tudinis. Et in egritudinibuſ peracutis pro maiori parte hu
mores corrumpuntur circa orificium ſtomachi. ⁊ propter h̄
quando apparet abundantia ſanguinis, licet non ſit ſuper
flua euacuare debemus:quoniam inde magnũ prouenit iu
uamentum. ⁊ incõtinẽti quieſcit valitudo egritudinis:niſi ſit
qd̃ prohibeat ex rebus ſupra dictis. Sed quãdo egritudĩes
nõ ſunt acute:ſed ſunt ex humoribuſ mucillaginoſis ⁊ viſco
ſis ⁊ indigeſtis ipſa euacuare ⁊ purgare debemus poſt ſub
tiliationem ⁊ inciſionem. ⁊ hec eſt digeſtio eorum: alioquin
nõ oportet cũ medicina purgari. Sed egritudines que non
ſunt acute ⁊ ſunt ex humoribus ſubtilibus:ſicut eſt vera ter
tiana que nõ trãſit vltra .7. periodos : dicit Auic. q̄ expecta
re debemus digeſtionem:eo q̄ digeſtio humoris ſubtiliſ eſt
eius ingroſſatio ⁊ groſſi eſt eius ſubtiliatio : ⁊ ſicut difficile
eſt virtuti expulſiue expellere humores groſſos propter ſui
groſſiciem:ſic difficile eſt virtuti expulſiue expellere ſubtilẽ
quia diſrumpitur ⁊ diſpergitur propter ſui ſubtilitateʒ. qua
re difficile exiſtit nature expellere humoreſ groſſos:eo q̄ op
pilant meatus ⁊ tranſitus:⁊ ſubtiles:quia diſrumpuntur et
ſparguntur ⁊ imbibunt. tamen medicine laxatiue citius ex-
pellunt ⁊ facilius humores ſubtiles q̃ʒ groſſos. Et propter
ea quidam medici dixerũt q̄ nunq̃ʒ dederunt aliquam me
dicinã laxatiuam ad purgandum aliquẽ humorẽ quin cho
lera prius purgaret propter ſui lenitatem ⁊ ſubtilitatem. et
adhuc magis q̄ quando dantur medicine laxatiue que tra
here ⁊ purgare debẽt melancholiam:aut flegma groſſum ⁊
viſcoſum a proprietate et ſui natura prius ille eedẽ trahunt
choleram et expellunt. Et hoc idem manifeſtat intellectus
q̄ ſubtiles humores habiliores ſunt ad purgandum et ex-
pellendum groſſis:quanuis hoc non ſit ex opere nature: q̃-
niam ſi ſic faceret natura. illud quod prius exiret in egritu-
dinibus acutis eſſet cholera:eo q̄ tales egritudines pro ma
iori parte fiunt ex humoribus ſubtilibus. et quãto ſunt ſub
tiliores tanto difficilius a natura expelluntur. Et propter
hoc dicimus q̄ minime tardare debemus in peracutis ex-
hibere purgationes:neqʒ expectare ad perfectam digeſtio-
nem:quia nõ ẽ tutum quin mala qualitaſ predominetur na
ture. ⁊ tunc erit mala digeſtio expectanda cũ diffiducia libe
rationis. Et poſtq̃ʒ ita eſt q̄ purgare debes nõ facias illud
niſi primo frangas ſuam caliditatem ⁊ ſiccitatem. Sed ĩ fe-
bribus flegmaticis ⁊ melancholicis Raſis in principio ea
rum purgabat:⁊ hec erat eius opinio omnino. ſ. purgare in
principio febris. tamen Ga. dicit contrarium manifeſte. ſ.
q̄ minime debemus in principio febrium melancholicarũ
⁊ illud idem dicit in epiſtola ad glauconem. Et illud eſt q:
finis harum egritudinum eſt ſecurus:nec expectatur dige-
ſtio mala:ſed flegmatica eſt male determinatiõis. ⁊ propter
hoc neceſſarium exiſtit vt infirmus euacuetur preter q̃ʒ ex-
pectetur digeſtio perfecta:⁊ propter hoc medicus prius inci
pere debet a medicinis ſubtiliatiuis ⁊ inciſiuis per hebdo-
madam vnam:q: non timemus calorem huius febris cum
ſit debilis vt magnum inferat nocumentum:⁊ cum hoc fece
rit tunc medicus purgare incipere debet. Et demonſtratio
huius eſt illud qd̃ vides fieri in apoplexia:⁊ ẽt in ſilib⁹ egri
tudinib⁹ timoroſis fridis q: icipimus in talibus ab euãtiõe
ponẽdo in medicis laxatiuis inciſiua ⁊ ſubtiliatiua. ¶ Et
mihi videtur impoſſibile recipiẽdo ſyrupũ ſquinzibin per
hebdomadã vnã factũ ex decoctiõe radicũ lilij celeſtis. ⁊ ſe-
minis appij:⁊ liquiritie quin p̃paret humores. ⁊ digerat. ⁊ le
uiorem faciat exitũ a corpore ⁊ q̃ʒuis totus humor nõ euẽt
a corpore:tñ natura ide alleuiationẽ ſuſcipiet oĩno. Et inde
redire debes ad icidendũ ⁊ ſubtiliandũ per aliaʒ hebdoma
dã:queadmodũ diximus. ⁊ poſtea purgare:q: taliter opan
do humores habiles reperiunt ad expellẽdũ. Et ſimile hec
eſt homini ferẽti graue pondus:qm̃ qñ ferre non põt ipm̃ ⁊
diuidit ipm̃ in partes facilius tolerat ipſas. ⁊ poſtq̃ʒ natu-
ra fuerit alleuiata:tunc digeſtio laudabilis apparebit. ⁊ re-
ctificabitur dño concedente. ¶ Et hoc melius exiſtit valde
q̃ʒ infirmum dimittere egritudini ⁊ nature. ſ. ſi videbis na-
turam egritudini p̃ualere tunc dietam ⁊ regimen ĩfirmo iu-
bebis:⁊ hoc in arte minime collaudant:qm̃ niſi nature vio
lentiam feceris vel adiuuando ipſam nihil boni ei feceris:
niſi q̄ verba ei dederis retinendo ipſum. Et illud idem regi
men facere poteris in febribus melancholicis:⁊ ſic facimuſ
hominibus ſanis quando volumus ipſos purgare. ſ. quia
ipſis digeſtiuum propinamus primo ad ſubtiliandũ humo
res ⁊ vias aperiendo:ſic ⁊ in egritudibus oʒ facere:tamen in
egritudinibus maior diligentia eſt adhibenda:eo q̄ earum
humores difficilius recipiunt digõnem. Et hoc manifeſtat
in opere Ga. in labore ſpontaneo febri propinquo:quoniaʒ
ipſe purgabat omnes humores facientes hunc laborem p̃-
ter humores viſcoſos mucillaginoſos:eo q̄ omnes concor
dare videntur q̄ tales non ſunt purgandi. Galienus auteʒ
videtur quot euacuare debemuſ habentes hanc febrem per
fricationem ſolum. Ego autem affirmo q̄ climata in hoc
multum ſunt conſideranda. propter hoc non eſt danda re-

gula generalis:quoniam mihi videtur ꝙ etiam humores vi
ſcoſi ⁊ mucillaginoſi purgari poſſunt in his noſtris regioni
bus:facta tamen inciſione ⁊ ſubtiliatione per longum tem-
pus.⁊ tunc tempus digeſtionis abbreuiabis.⁊ natura inde
alleuiatur:⁊ ex tunc videbis digeſtionem laudabileꝫ. ¶ Et
te oportet has res multotiens experiri : quia experientia in
his rebus non modicam virtutē habere videtur quod ſcri
pſimus de hoc in hoc loco ſufficiat.

¶ Capitulum.x. Quod eſt de cibatione ⁊ fricatione ⁊ bal-
neatione febricitantium.

Ideo ꝙ cibus dari non deberet febricitantibus vſ
qꝫ ad ſtatum egritudinis.⁊ hoc vt natura tēpus
habeat digerendi humores facientes egritudinē
⁊ ipſos expellendi:ſed quia virtus non eſt ſuffi-
ciens omnibꝰ:te oportet conſiderare egritudines: quoniā ſi
fuerit ex egritudinibus peracutis:cuius ſtatus eſt propin-
quus ⁊ criſis debet eſſe i ſeptimo ⁊ natura fortis exiſtit:tunc
illud facere debes. Sed ſi virtus debilis fuerit nullatenus
facere debes. Sed ſi virtus mediocris fuerit ⁊ etas fuerit iu
uentutis cibabis ipſum aqua hordei. ⁊ mica panis lo-
ta etiam cum aqua calida ad quantitatem.ʒ.ij.vel.ij.pon-
deris.et iſtud eſt ſubtilius regimen i noſtro climate ſm con
ſuetudinem noſtram. Sed regimen antiquuꝫ ſubtilius erat
nihil dare per hebdomadam vnam.et quando volebant in
groſſare dabant aquam mellis ſoluꝫ. Sed hoc ferre nō poſ
ſunt illi qui ſunt noſtri climatis propter complexionem ae-
ris et conſuetudinem. Sed in climate illorum corpora ha-
bent minorem reſolutionem.et cum hoc bibunt vinum non
in modica quantitate ⁊ comedunt carnes porcinas : q̃ duo
ſunt plurimi nutrimenti. Et generaliter conſideranda ē cō-
ſuetudo.quoniam qui conſueti ſunt comedere ter in die nō
poſſunt predicta ſuſtinere.⁊ maxime habentes complexio-
nes calidas et reſolubiles Et ſi cognoueris ſtatum egritudi
nis eſſe longum et virtus infirmi fuerit debilis cibandus ē
pluſqꝫ diximus in principio et cum ſtatus appropinquabit
minuendus erit.et totum hoc eſt intelligendum fortis exi-
ſtente virtute.et fortitudo virtutis exiſtit in complexione for
ti. Sed qui habent complexiones calidas et ſiccas pauci ex
his famem poſſunt ſuſtinere et maxime in egritudinibus ſi
bi comſimilibus et in temporibus calidis:eo ꝙ quando ta
libus pati famem fecerimus:febres eorum ad incenſiuas de
clinare faciemus quanuis debiles exiſtant in radice vel ad
ethicam.quia in complexionibus conſimilibus multiplicā
tur qualitates male ſui natura.et magis quādo eis facimuſ
ſuſtinere famē multiplicantur et adurūtur humores. Et ho
ra cibandi eos eſt in declinatione paroxiſmi primi , et ante
principium ſecundi vt natura habeat ſpacium digerendi
humorem in tempore paroxiſmi.⁊ hoc melius exiſtit.ſ.cō-
fortare virtutem ne ei accidat accidens periculoſum:cui ne-
ceſſarium ſit cibum propinare vt in ſyncopi ex reſolutione.
Sed ſi timuerimus aliquod ex his cibabimus eos in prin-
cipio paroxiſmorum:quoniam inde eos a ſyncopi taliter li
berabimus quemadmodum recitat Galienus de puero q
precepto medicorum ſuſtinuerat famem tribus diebus . Et
aliquando conamur cibare ipſos in medio paroxiſmoruꝫ.
In febribus autem continuis horam cibandi eligere debe-
mus in qua maioris exiſtunt quietis conſiderando tamen
conſuetudinē. Et ex horis diei meliores ſūt frigide.ſ.mane
⁊ ſero. Et ſcias ꝙ balneum declinatione febrium collauda
tur:quoniam ſuperfluitates euacuat ſubtiles. In pricipijs
vero minime:quia rigores habet prouocare:⁊ diſſoluit hu-
mores ⁊ multiplicat oppilationes.⁊ ſpargit ſuperfluitates
per corpus totum.⁊ non eſt tutum quin inde proueniat apo
ſtema in aliquo principali membro:et quanuis hūores eua
cuet multiplicat tamen caliditatem ⁊ ſiccitatem febrilem:ſi-
ue fuerit ex aqua calida factum:ſiue ex aere calido. Et neceſ
ſe eſt vt corpora talium non tangantur aqua frigida: quoni
am humores efficit crudos . et propter hoc balneum fieri
non debet niſi poſt factam declinationem:⁊ in febribusque
non ſunt acute. Uina quoqꝫ aromatica ⁊ leuia que modi
cam aquam ſuſtinere poſſunt flegmatice ⁊ melancholice ex
hibere poſſumus:ſed i incenſiuis a vino omnino elōgare de
bemus. Galienus quoqꝫ curabat febres que erant ex hūo-
ribus mucillaginoſis cum fricatione ⁊ hoc indiget conſide
ratione.quoniam non eſt tutum quin humores ſpargantur
ex fricatione per totum corpus. Et ipſemet precipit in libro
de conſeruatione ſanitatis ꝙ ille qui habet laxitudinem et
corpus eius fuerit plectoricum vel plenum humoribus mu
cillaginoſis vt minime moueatur vel exercitetur:neqꝫ balne
um intret neqꝫ faciat confricationem ⁊ ſimilia:eo ꝙ frica-
tio non euacuat ex humoribus niſi qui ſunt ſubcutanei ⁊ in
ter muſculos:qui autem ſunt in venis nullatenus euacuari
poſſunt niſi cuꝫ medicinis laxatiuis. Et etiam vides ꝙ ſi ſa
nus faceret fricationem preceptam ab ipſo in laxitudine.ſ.
ita magna:de neceſſitate cutis apoſtemaretur:eo ꝙ fricatio
hec in vltimo grauitatis exiſtit.⁊ illis maxime qui hanc pa
tiuntur egritudinem cum in laxitudine ſemper videantur eſ
ſe. ¶ Iam ergo ſufficienter ſcripſimus ſicut nobis videtur
generaliter curas febrium putridarum.nunc autem redibi-
mus ad curam vniuſcuiuſqꝫ particulariter.

¶ Capitulum.xi. Quod eſt de cura febrium cholericaruꝫ
⁊ primo de cura tertiane.

Ec febris ſi fuerit pura tertiana erit ſecura abſqꝫ
periculo. Et ſcimus certiſſime ꝙ natura habe-
bit dominium ſuper hunc humorem : ⁊ propter
hoc non debemus eum mouere cum medicinis
attractiuis ſicut eſt ſcamonea.eo ꝙ rectificando eam quan-
tum plus poſſumus ſemper membris principalibus habet
inducere nocumentum.⁊ propter hoc virtutem debilitat.et
auget etiam caliditatem febrilem ⁊ ſiccitatem ſuam.⁊ ſi aliō
non induceret nocumentum niſi conamen ſurgendi ⁊ decū
bendi modicum non inueniretur.quia complexio inde ſu-
percaleſit ⁊ debilitatur. Sed apparēte ſigno digeſtionis nō
eſt malum dare aliquam medicinam attractiuam in hunc
moduꝫ:ſcilicet quia primo dare debes ea que primo habēt
lenire materiaꝫ ⁊ humectare ſicut ſyrupum violis.⁊ tamari
di.⁊ ad reprimendum nocumentum ſtomachi adde aliqd
ex maſtice:⁊ reubarbarum in hoc loco optimum exiſtit:quo
niam reprimendo nocumentum predictarum laxat. Et quā
titas quam dare debes ex reubarbaro eſt a duabus.ʒ. vſqꝫ
ad tres miſcendo ei ſyrupum iulep ⁊ ſquinzabin ana.ʒ.i.
cum.v.partibus aque frigide.⁊ infra dieꝫ potabis cū aqua
hordei.⁊ hoc faciendum eſt omni die niſi natura moueret
bis in die ad aſſellam:ſicut conuenit.⁊ ſi natura moueretur
ex hac medicina vltra quantitatem minue ſm portioneꝫ ex
ea. Et ſumus contenti in hac febre ex infrigidatione ⁊ hu-
mectatione cum aqua hordei et ſyrupo iulep.eo ꝙ hec fe-
bris non exiſtit intenſe caliditatis cum ſit ex cholera natura
li. Et ſumus ꝯtēti oppilationes ipſius remouere cuꝫ aqua
ordei ⁊ ſquinzabin ſolum cum modica in ea reperiatur op-
pilatio et forſitan nihil. Et facta digeſtiōe ſi ſufficit dare mi
robalanos citrinos bene quidem:ſin autem propina infir-
mo ex ſcamonea charateres.ij.cum tantundem maſticis.et
cum.ʒ.vna ſyrupi de nenufare.et.ʒ.media ſyrupi malorū.
Syrupus de nenufare, quia frangit qualitates ipſius ſca-
monee primas ſcilicet eius caliditatem ⁊ ſiccitatem . ⁊ cum
hoc confortat aromaticitate ſua membra principalia. Et ſy
rupus pomorum.eo ꝙ frangit eius ſiccitatem . et remouet
nocumentum principaliū membroꝝ ab ipſa.⁊ maſtix quia
cōfortat et remouet nocumētum principalium membroruꝫ.
medici iam ipſis vſi fuerūt ad occultandum maliciam ſca-
monee. Et ſi timebis debilitatem infirmi cibabis ipſum mi
ca panis lota.et iam teſtificauit Hy. ꝙ niſi fuerit ex erro-
re ꝙ hec fe.nō trāſit.14.diē etiam ſi fortiſſima fuerit. Sed
ſi hec febris non fuerit ex pura cholera ſed erit ex vitellina
vel praſſina vel eruginoſa non euadit hic abſqꝫ periclo ma
gno.et maxime quādo fuerit ex praſſina vel eruginoſa.⁊ mi
hi videtur impoſſibile ꝙ aliquis ab eruginoſa euadere poſ

ſet. Et he febres longos habent paroxiſmos ⁊ peſſima acci
dentia. ⁊ propter hoc īdigent purgatione cum medicina at-
tractiua quam ſupraſcripſimus. prius ablata caliditate ⁊ ſic
citate ipſius. Et nō eſt malum vt miſceas ipſi medicine ali-
qd de polypodio qd arabice dicit belbeg: eo q purgat cho
lerā aduſtā ⁊ groſſam ⁊ melācholiā. poſtq̄ fregeris ſiccita
tē eius cū oleo amygdalaꝝ dulciū: ⁊ apire oppilationes in
hac febre ꝓpriū exiſtit niſi fuerit excedētis calitatis: qd ſi fue
rit: tūc intendere debes ſolū ad īfridādū ⁊ humectandum.

## Capitulum. xij. Quod eſt de cura cauſonidis.

Ec febris eſt intenſi caloris ⁊ prauorum acciden
tium. ⁊ dicit incēſiua: ⁊ impoſſibile eſt q hec ex
cholera naturali generet. Et in iſta cōueniēs exi
ſtit purgare cum medicina attractiua a pricipio
ipſius. ⁊ minuere ex ſanguine ſi ſigna ſanguinis apparebūt
dando ei omni die decem aureos tamarindorum infuſoꝝ
in aqua ſimplici abſq3 ſyrupo ⁊ aliqua alia re dulci: ⁊ poſt
dabis ei bibere aquam hordei. ⁊ poſtea per totum diē pota
bis eum aqua angurie. ⁊ hoc regimen propriū exiſtit oibus
febribus que ſunt in vltima caliditate. ⁊ nō dimittas aquaꝫ
angurie ⁊ aquā ſup niuē infridatā: qm̄ ſi cōuerteris hanc fe
brem in lentā ⁊ chronicā melius longe exiſtit q̄3 vt eger mo
riatur. Et hoc etiam dixit Abumeron Auenzoar de quodā
puero quem ipſe medicauit: cui dabat omni die aquā angu
rie. ⁊ quottidie cholerā vomebat. ⁊ tñ taliter fuit operatus
donec illa febris cōuerſa fuit ad chronicaꝫ: ⁊ inde liberatus
fuit. Et mihi videt q aqua angurie longe melior exiſtit q̄3
aqua ī niue īfrigidata in hoc caſu: eo q aqua in niue īfrigi
data q̄3uis ſit in vltima frigiditate velociter tamē recipit ca
liditatem ⁊ adhuc magis: quia aqua cum ſit ſimplex nihil
reſtaurat neq3 preſtat corpori niſi frigidam qualitatem ſolū
ſed aqua angurie reſtaurat ⁊ addit in ſanguinem faciēdo fri
gidam ſubam ⁊ qualitatē. Sed qñ febres erunt lente ⁊ lon-
gi erunt paroxiſmi: ⁊ certus eris q nō ex cholera pura erūt
ſed erit ex vitellina que naturali frigidior exiſtit: tunc ſtude-
re debes plus in aperiendo oppilationes q̄3 in infrigidādo
contrarium eius quod fieri d3 in illa q̄ fuerit ex cholera pu
ra: q̄3uis raro tales inueniantur. Et laudabiles medicine ī
hac parte ſunt que hñt virtutem apitiuā abſq3 forti calidi-
tate ſicut capillus veneris. ⁊ radix appij. ⁊ ſemē feniculi frā
gendo ſiccitatē eoꝝ cum radice ligritie. ⁊ caliditatē cuꝫ vio
lis. ⁊ flore nenufaris. ⁊ ſemibus coibus. Et ſtudeas pone-
re in medicis res q̄ hñt membra ꝑncipalia confortare. ſicut
eſt maſtix ⁊ ſpica nardi ꝯponendo iſta cū ſyrupo ſqnzabin.
Et eſto ſtudioſus ponere in medicis ſolutiuis q̄ hñt chole-
ram euacuare cum q̄3titate flegmatis ſicut ē ſemen bruſſi. i.
ſemen cartami. frangendo tamen caliditatem ⁊ ſiccitateꝫ eo
rum. Et hec eſt cura omnium febrium cholericarum.

## Cap. xiij. Quod eſt de cura febris flegmatice.

Ec febris cum fuerit ex flegmate ſimplici ⁊ natu
rali. ⁊ de hoc fueris certus: tunc ſtudioſus eē de
bes in incidēdo humores. et in ſubtiliando ⁊ op
pilationes aperiendo pluſq̄3 infridando ⁊ hume
ctando: ⁊ ſufficit tibi in hac intentione ſquinzabin cum iure
cicerum occultando ſiccitatem eorum cum radice liquiritie
Et adde huic compoſitioni aliquid ex ſpica ⁊ maſtice qm̄ ī
hac febre ſtomachus debilis reperitur. ⁊ conuenientior ope
ratio in principio huius febris eſt lenire naturam cum ſemi
ne cartami ⁊ ſemine harunliꝫ fracta ſiccitate eoꝝ prius cū
tereniabin. Et ſeruato hoc regimine per hebdomadā vnaꝫ
propinabis ei medicinam laxatiuam que habeat illum hu
morē euacuare. ⁊ melior illaꝝ medicinarū ē turbit: quia a ꝓ
prietate habet trahere ⁊ expellere humiditatem que in ore
ſtomachi eſt: ⁊ agaricus etiam cum eo: quia eradicat humo
rem groſſum ⁊ aperit oppilationes. ⁊ ſi addideris aliud ex
hierapicra non eſt malum confidendo magis in agarico et
turbit: et aliquando occultando ⁊ frangendo ſiccitatē eoꝝ
cum oleo amygdalarū dulcium. Coloquintida autem ī
tuis medicinis euitabis ponere quantum plus poteris. Et
ſi apparuerit tibi q hūor ſit tante duriciei q non poſſit eua
cuari abſq3 ea: adde ex ea aliquid in predicta compoſitione
occultando malitiam eius cū chachina: ⁊ credo q ſit dragā
tum ⁊ cum amygdalis. Et doſis eius eſt. ſ. pars aurei: ⁊ ta-
les purgandi ſunt bis quoniam in vna vice nō poſſunt pur
gari propter groſſiciem humoris. ⁊ hoc non facias niſi vir-
tus fuerit fortis conſideratis alijs conditionibus ſupra di-
ctis: medicina vero facta ex turbit in principio huius febris
non eſt mala. Cibus vero in principio huius febris ſit
pulla parua ſecure: eo q ſtatus eius non eſt minor trium ſe-
ptimanarum. ⁊ eſt poſſibile vt ipſa duret vſq3 ad. 40. dies
⁊ vltra. Raſis autē dicit q tranſacta ſeptimana quarta nō
eſt malum infirmo exhibere trociſcos de roſis cōpletos cuꝫ
aqua cicerum: eo q hanc febrem patientes in fine leniter d
ueniunt ad debilitatem ſtomachi ⁊ epatis. ⁊ cadunt de faci
li in hydropoſim. Et ego meo tempore vidi quoſdam ha-
bentes febres chronicas quibus medici noſtri propinabant
eis ſyrupum ſquinzabin ſolum. et ceciderunt in hydropiſiꝫ
⁊ mortui ſunt. Et quod dico de trociſcis de roſis in hoc lo
lo non dico niſi cauſa exempli ⁊ ſimilitudinis: tamen tu de-
bes dare ex ſimilibus medicinis ſm plus ⁊ minus prout ti
bi melius videbitur conuenire: etiam q ſimile huic intenti
oni reperitur eſt zucharum roſatum preterq̄3 frigiditati ma
gis videtur pertinere q̄3 trociſci dicti. Et videbitur tibi con
ueniens miſcere cum iure cicerum ſyrupū ſquinzabin: facit
illō ⁊ ſi īflatio ī pedib⁹ aut ī palpebris appebit tibi caueaſ a
ſyrupo ſqnzabin: qm̄ h3 ꝑducere ad hydropiſim quēadmo
dū diximus. In febribus vero flāticis non recipientib⁹
digeſtionem: quorum facies ⁊ venter tumeſcūt: ⁊ colores eo
rum plumbei videbuntur. Gal. videtur q tales ſunt euacu
andi per fricationem donec vigilant diuidendo tempus eo-
rum ita q dimidium tempus eorum ſit fricando: ⁊ dimidiū
ſit dormiendo. Et dabimus ei bibere aquam mellis cuꝫ ſy
rupo ⁊ liquiritia. Sed G. potabat eos aqua hordei: ſed eaꝫ
ego non laudo in hoc caſu: eo quia nocet ſtomacho: ⁊ facit
oppilationem: niſi cum ea fuerit parum maſticis ⁊ piperis
⁊ radicum feniculi: ⁊ non debemus eos diu dimittere abſq3
cibo: quia inde recipiunt nocumentuꝫ: quanuis leuiter pati
famem poſſint: qm̄ quādo iſte humor mucillaginoſus mul
tiplicatur in corpore talis humor cum difficultate maxima
pōt ad ſanguinem conuerti: ⁊ propter hoc virtutes eoꝝ debi
litantur donec ad ſyncopim hñt prouenire. et ideo eis dare
debemus micam panis lotā cū aqua mellis: vel cum vino
aromatico. Et hic eſt modus fricationis qui preceptus eſt
a Ga. in hoc caſu. ſ. q habere debes gauſapia aliquantu-
lum groſſa ⁊ vetuſta: ⁊ in primis incipere debes a ſuperiori
cruriū deſcendendo inferius ad pedes: ⁊ poſtea frica genua
⁊ poſtea ſuperiora coxarum deſcēdēdo ad genua. Et po
ſtea incipies fricationem ab humeris vel ſpatulis deſcēdo
per brachia ad manus. deinde fricabis dorſum incipiendo
a ſummitate eius veniendo vſq3 ad pedes: ⁊ ſic fiat per totū
diem. Et ſi infirmus ſenſerit laxitudinem inunge cum oleo
non habente ſtypticitatem. ſicut camemillinuꝫ ⁊ anetinum
quoniam eſt bonum. Et dicit Gal. q poſtea abſtergere de-
bes oleum: eo q anguſtiam preſtat: ⁊ hoc eſt quod Galie.
videtur dicere de huius egritudinis regimine. Et qr in hac
febre accidēs ſyncopis ꝯſueuit ꝑuenire. iō memoratus ero
ei⁹ curā vbi tractabo de curis accñtiuꝫ obtinēdo eoꝝ cās.

## Capitulum. xiiij. Quod eſt de cura febris quartane.

Llud autem quo plus indigemus in hac febre ē
aperire: incidere: ⁊ ſubtiliare: ⁊ modicum in ipſa
indigemus fricatione: infrigidatione ⁊ humecta
tione quaſi nihil: ⁊ cura huius febris quaſi con-
traria exiſtit cure cauſonidis: eo q in cauſonibus attendi-
mus ad febrem ſolum: ⁊ in hac cauſe. Et propter h eligere
debemus medicinas inciſiuas: ſubtiliatiuas ⁊ ſpleni appro
priatas ſicut radix capparis: ⁊ ſcolopendria et tamariſcus:
eo q iſtud mēbrum potēs eſt ferre medicinas fortes ⁊ ape-
ritiuas abſq3 nocumento. Et potes ꝯficere has medicinas

cum ſirupo ſquinzibin facto ex vua paſſa. Et opꝫ in princi⸗
pio te euacuare materiā cū belbeg.i.polypodio extracta vir
tute eius in iure galli veteris.⁊ oleo amigd. ⁊ ſi vis digeſtio
nem expectare in hac febre potes facere ꝓpter ipſius modi⸗
cum periculum qđ ferre pōt. ¶ Et ſi vis purgare ante per⸗
fectā digeſtionē poteris facere facta inciſione cum ſirupo p̄⸗
dicto per duas ſeptimanas vel tres. Et medicine que habēt
trahere hūc humorē:⁊ purgare ſunt iam manifeſte ⁊ etiam
habēt gradus:⁊ que in primo gradu reperiunt̄ ſunt mirob.
indi ⁊ emblici:⁊ poſtea polypodiū:⁊ tales ſunt q dimittunt
mirobalanos ꝓpter eoꝝ ſtypticitatem:⁊ poſt polypodiū eſt
epithimū. Et operatio iſtius fortior eſt operatiōe polypodij
⁊ maiorē corpori infert āguſtiā:⁊ hac de cauſa indiget occul
tatione illarū duarum rerū.ſ.remittendo ipſius qualitates
ꝑmas:⁊ eius remittendo malitiam:⁊ ꝓpter hoc nō eſt malū
miſcere iſti medicine medicinā que faciat ipſam velociter fe
ſtinare ſicut ponēdo cuꝫ predicta medicina karacta duo ſca
monee vel tria cum tertia parte vnius aurei de maiorana:⁊
hoc nō facimus cauſa expellendi ipſum humorem: ſed pro⸗
pter debilitatem ⁊ tarditatem ipſarum medicinaruꝫ ordina
mus dictā additionem vt recipiat inde principium expellē⸗
di.poſt epithimū eſt lapis lazuli. Sꝫ ab helleboro nigro ca
uere debes toto poſſe:cōpleta aūt digeſtione huius febris a
Gal.tyriaca collaudat̄:⁊ ante digeſtionem recepta poſſet ip
ſam ad cauſonidē conuertere. Sed ſi tempus fuerit frigidū
⁊ etas ſenectutis exiſtere diatrion pipereon:facta digeſtione
mirabiliter confert:⁊ maxime in frigidis regionibus. Et in⸗
diges in hac febre circa ſplenem ſtudere.ſ. emplaſtrādo ip⸗
ſum cum rebus remouentibus ipſius tumorem ⁊ eius duri
tiem reſoluentibus quemadmodum in cholerica ſoliciti eē
debemꝰ circa epar:⁊ i flegmaticis in orificio ſtomachi : quo
niam membrorum iſtud in quo maxime talis humor putre
fit ⁊ ardet ſicut ignis in hac febre melancholica eſt ſplen : et
in cholericis eſt epar:⁊ maxime continuas ex cholera patiē
tes:⁊ in flegmaticis circa ſtomachuꝫ exiſtit:quare in iſtis tri
bus generibus febrium ꝯueniens eſt dicta mēbra cōfortare
⁊ humorem digerere ⁊ rectificare. Et ſi cognoueris in predi
ctis ſanguinem exhuberare in principio eos minuere de⸗
bes. ¶ In flegmatica vero mihi videtur ꝙ cum timore ma
gno phlebotomia ſit faciēda.quia in ea multa quātitas hu
morum crudorum reperitur. In febre autem acuta que dici
tur muthabecca:⁊ i latino ſinocha vocat̄.ſcire debes ꝙ quā
do putredo preualuerit:tunc purgatio exiſtit melior phlebo
tomia.⁊ ſi q̄ꝫtitas ſanguinis plus ipſa putredine reperitur.
tunc melius eſt phlebotomare q̄ꝫ purgare. Et ſic iam finitꝰ
eſt tractatus omnium febrium putridarum generaliter ⁊ ſpe
cialiter. Et poſtq̄ꝫ curas ſimplicium cognoueris perfecte ex
ipſis ſcire debes leuiter curas compoſitarum velut hemitri
teorum ⁊ ſuorum ſimilium.

¶ Caplm.xv. Quod eſt de cura ethice.

Nunc autē mihi remanet de ethica determinare. Hec febris cū ſit ď mala cōplexione ſine materia cala ⁊ ſicca.ideo intētio curationis vna exiſtit .ſ. infrigidare ⁊ humectare ⁊ plus indigemus i hac
humectatione q̄ꝫ infrigidatione. quare infrigidare debes ⁊
humectare cum omnibus rebus quibus potes. Et hoc du
pliciter fieri poteſt: vnomodo cum rebus intrinſecis ⁊ alio
cum extrinſecis ſicut cum balneo vnctionibus ⁊ empla⸗
ſtris. Hec quidem febris tres gradus habere videtur qui
variantur ſm plus ⁊ minus:quorū quidem primus leuiter
curari poteſt ſecundus difficilis exiſtit tertius vero minime
curari poteſt. Et cura quidem primi gradus ⁊ ſecūdi eadē
exiſtit.niſi quia diuerſificatur ſm plus ⁊ minus Cibus au⸗
tem qui maxime cōuenit in hac egritudine eſt lac. ⁊ melius
ex eo eſt lac mulieris.⁊ poſt ipſum eſt lac aſine. ⁊ poſt illud
eſt lac capre:⁊ eſt neceſſe ea a quibus recipitur lac nutrire ci
bis optimis ſecundum ſuam naturam ⁊ facientibus dige⸗
ſtionem laudabilem.⁊ ipſum in ieiunio dare debemus in ea
quātitate qua digeri poſſit.⁊ cōuenit tibi ſtudere vt bene di
gerat:eo ꝙ lac in ſtomacho de facili caſeari conſueuit : qua
re incipere debes a modico dando ei primo.ʒ.i.⁊ ſic adden
do donec deuenias ad dimidium rotulum. Aqua quidem
ordei eis magnam habet neceſſitatem:⁊ quāuis corpora eo
rum maiori indigent nutrimento ceteris corporibus: ideo
quia virtus eorum nutritiua debilis exiſtit cōueniens eſt ſtu
dium adhibere in prebendo eis cibaria digeſtibilia ⁊ boni
chimi. Quare de carnibus laudabiliores que eis exiſtūt ſūt
pulle gallinarum que nutrite ſunt ex frumento. Et vitellum
oui ſimiliter eis eſt optimum nutrimentum:capones nu⸗
triti ex amigdalis ⁊ frumento eis collaudantur optime. Et
ſi in corporibus eorū calor fortis reperiatur nō eſt malū eis
propinare aliquid ex oleribus aliquibus frigidis: ⁊ que ex
eis magis laudabiliores exiſtunt ſunt lactuce: quia ſomnū
prouocant.⁊ ipſi indigent ipſo plus ceteris hoibus.⁊ quia
virtutes eoꝝ ſunt debiles.ideo cibaria eorum debemus di⸗
uidere in vicibus pluribus ſicut in ſequenti dicturi ſumus.
Sed in balneando eo debemus magnaꝫ habere ꝯſideratio
nem:eo ꝙ iſti nō vident̄ habere neceſſitatem calefaciendi re
ſoluēdi nec euacuādi qđ enim ꝑficies ex infrigidatione acci
dētali acq̄ſita ex balneo:cum humores inde euacuētur. ⁊ h̄
non cōfert niſi in mala complexiōe materiali. ¶ Et poſtq̄ꝫ
ita eſt mihi videtur ꝙ ipſi nō idigeant aliquo ex aere balnei
⁊ q̄ꝫuis aqua calida habeat humectare cum hoc tamen fa⸗
cit reſolutionē. ¶ Sed balneum aque frigide mihi videtur
eſſe melius ſi poſſit ipſum cōuenienter ſuſtinere. ¶ Et ſcias
ꝙ Galienus manifeſte dicit ꝙ ipſi non indigent balneo ni⸗
ſi cauſa p̄parationis ſuoꝝ corporum vt aquā frigidam vale
ant ſuſtinere cum qua balneari debent in fine balnei. Et bal
neum ſm ipſum taliter debet preparari ſcilicet ꝙ infirmum
ferre debemus cum lecto ſuo ibi ⁊ cum fuerit in camera pri
ma ipſius balnei extendere debemus plumarium paruuꝫ et
eum ſuperponere ibi debemus:⁊ ſi illa prima camera tepida
eſſe reperitur ibi eum a pannis expoliare debes : ⁊ ordinare
debes ꝙ a quatuor hominibus capiendo a quatuor angu⸗
lis plumarij feratur ad cameram ſecundam : ⁊ ibi ipſum re
ponant nudum. Sed temperātia camerarum balnei vna al
teri comparari debet.ſ.ꝙ eadem ꝓportio eſſe debet ſecunde
ad tertiam que prime ad ſecundā:et cū fuerit in camera ſecū
da inungi debet oleo tepido:⁊ poſtea ponendus eſt in came
ra tertia:⁊ ibi ponendus eſt in balneo vel tina aut pila:quod
idem eſt. Et in vnaquaqꝫ camerarum tantum morari debet
quantū ipſe infirmus poſſet incedere ſuauiter ab vno capite
earum ad aliud. Et ex tunc ipſe infirmus debet poni in bal⸗
neo vel tina ſeu pila aque tepide plena:⁊ illic morari debet
temperate:⁊ poſtea balneandus eſt aqua frigida : ⁊ iſtud eſt
regimen quod aperuit Gal.in hoc caſu de balneo. Sed ra⸗
ſis ſentire videtur ꝙ tales infirmi non indigeant niſi balnea
tione aque tepide. Sed quia impoſſibile eſt vt tales quādo
expoliantur vt eis non eueniant horripilationes: ⁊ ſpeciali⸗
ter in exitu ab aqua calida:ideo neceſſe eſt vt tina vel balneū
eorum ſit in camera temperata que non excedat in caliditate
vel frigiditate:⁊ aqua ſimiliter tēperata eſſe debet ⁊ ſic vide
tur ei vt inde aliquod iuuamentū recipere debeant. ¶ Sed
iuuamentum appoſitionis fecis picis eſt eo ꝙ virtus iſtorū
attractiua debilis eſſe reperitur:⁊ propter hoc ponendi ſunt
primo in aquam calidam:eo ꝙ in illa principium attractio
nis eſſe reperitur:⁊ in eadem tantum morari debent quouſ⸗
qꝫ membra eorum vndiqꝫ tumeſcere videantur.⁊ pori ꝑ to⸗
tum aperiantur:⁊ deinde pix eſt apponenda.⁊ hec omnia re
citat. Gal.vbi loquitur de cura malitie complexionis cali⸗
de ⁊ ſicce ſtomachi. Abumeron Auenzoar autēꝫ velle videt̄
ꝙ nos eos in tina aque tepide ſolum ponere debemus abſ⸗
qꝫ intratione ſtuphe:⁊ in exitu tine propinandum eſt eis lac
⁊ cum digeſtum fuerit iterum ponendi ſunt in tina: ⁊ poſtea
dabis eis aquam ordei:⁊ facta digeſtione ipſius dabis eis
michā panis lotam cum rebus predictis. ¶ Sed ex rebus
que exterius fiunt ſunt balneuꝫ: ⁊ balneatio ſm ꝙ diximus
et etiam aer.ꝙ ſi fuerit calidus:debemus euꝫ infrigidare ab

ſtergendo domū: ⁊ ſubſternēdo in ipſa folia frigida: ſicut ſūt roſe. ⁊ folia ſalicis: ⁊ flores nenuferis: ⁊ folia vitis cum ſuis floribus ſtudendo vel ingeniando: vt aqua frigida a ſuperioribus ad inferiora deſcēdat. Et vt domus ſeptentrionalis exiſtat. Et ꝙ ille feneſtre ſint aperte vnde ſol minime poſſit penetrare: ⁊ ille claudantur vnde poteſt intrare. Et quando aer fuerit frigidus non indigebūt predictis: niſi vt ipſuꝫ trahant ſicut eſt: ⁊ maxime quando principium male complexionis fuerit a ſtomacho vel a pectore vel ab inteſtino ieiuno vel a renibus: ⁊ ab iſtis ipſa mala complexio deinde deriuatur ⁊ poſſibile eſt etiam ꝙ illa mala complexio incipiat a corde. ⁊ inde ad predicta ⁊ ad totum corpus deriuetur.

Quare ſtudere debes ad ſciendum vnde habeat prouenire febris ipſa: ⁊ cum ſciueris membrum a quo primo procedit hec mala qualitas febrilis ſtudeas ipſum infrigidare ⁊ humectare abſqꝫ trahendo ipſum a ſua naturali complexione ⁊ ſpecialiter ſi membrum fuerit maximi iuuamenti. Et emplaſtra ꝯuenientia his membris ſunt emplaſtra facta cuꝫ roſis ⁊ ſandalis ⁊ herbis frigidis aromaticis: vel cum cera ſicut dicit Gal. Et cum infrigidare volueris principalia addas aromatica ⁊ ſtyptica. Et iſtud eſt regimen ethice cū fuerit in vltimo. ſed quādo fuerit in principio cum leuioribus curari poterit.

¶ Capituluꝫ. xvi. Quod eſt de ſyncopi ⁊ ſuis particulis et omnibus accidentibus impedientibus curationem febris.

Et poſtqꝫ locuti ſumus de febribus abſqꝫ accidētibus prohibentibus curationes earum nūc tractare volumus de febribus ſecum habētibus accidentia. Dicamus ergo ꝙ iſta accidentia generaliter proueniunt ex omni re diſſoluente virtutem: et hec reſolutio ſyncopis nominatur: ⁊ ꝓuenit neceſſario a mala cōplexione cordis calida vel frigida. Complexio autem mala calida aut prouenit ex rebus extrinſecis: ſicut ex aere calido vt ſepe contingit diu moranti in balneo calido: aut ex rebus intrinſecis ſicut ex mala complexione totius calida corporis vt contingit in cauſone. Frigido vero contingit aut ex rebus extrinſecis: ſicut accidit ambulantibus per loca frigidiſſima: aut ex complexione frigida membrorum intrinſeca plurimi iuuamenti: ſicut accidit ex ore ſtomachi ⁊ ex ſuffocatione matricis. Aut ex mala complexione totius corporis frigida vt contingit in febribus putridis que fiunt ex humoribꝰ groſſis ⁊ viſcoſis ⁊ mucillaginoſis: ⁊ hec complexio frigida quandoqꝫ acquiritur ex ſuperflua euacuatione diminuente calorem naturalem. quoniam quando calor naturalis ſuperflue diminuitur: impoſſibile eſt vt poſſit regere corpus: ⁊ omnes operationes frigidiores debito exiſtunt. quare prouenit ſyncopis. Non dico tamen ꝙ ipſamet diminutio q̄ꝫtitatis inducat ſycopim ſed inequalitas qualitatum: eo ꝙ cuiuſlibet generabilis ⁊ corruptibilis cauſa eſt proportio quatuor qualitatum: ſcilicet caliditatis frigiditatis humiditatis ⁊ ſiccitatis. quemadmodum in libris naturalibus declarauimꝰ. Species autem euacuationum que aliquando preabundare conſueuerunt ſunt ſicut ſuperfluus fluxus ventris ⁊ vomitus: ⁊ ſuperfluus fluxus ſanguinis narium ⁊ hemoroidarum ⁊ aliorum membrorum: ⁊ in mulieribus ſuperfluus fluxus menſtruorum: ⁊ etiam quando in partu ſuperflue exuberant. Et poteſt etiam ſyncopis prouenire ex ruptura ſeu crepatura: vel ex apertura magni apoſtematis ſubito: ⁊ vigilie ſimiliter hoc facere poſſunt. Et etiam accidentia anime ſicut excedens gaudium ⁊ triſtitia: quoniam hec faciunt ſpiritus exalare ſuperflue dilatando ⁊ conſtringendo: ⁊ inde in ſubſtantia membrorum anhelitus ſpiritus malam acquirit complexionem. Et etiam fortis dolor eſt vna ex rebus que ducunt ad ſyncopim. ⁊ hoc accidit aut ex mala complexione acq̄ſita ex dolore aut ſuperfluitate motus virtutis expulſiue facientis dolorem ſicut dicit Ga. Hec autem que dicta ſunt: ſunt omnia accidentia que habent ſyncopim facere et promouere. Et ſummarie ſcire debes ꝙ quando ſyncopis fuerit cum febre: ſtudendum eſt tunc in remouendo ⁊ rectificando ſeu curando ſyncopim: quāuis contrarium ſe. videatur. ¶ Et nos dicturi ſumus moduꝫ eius cum ipſius curā tractabimus. ¶ Et nunc incipere intendimus tractare de ſyncopi procedente ex cauſa crudorum humorum. Dicimꝰ itaqꝫ ꝙ curatio huius eſt regimen predictum in curatione harum febrium. quare ſi ex negligentia: vel defectu ipſius in ſyncopim inciderint: iuuabimus eos in primis propinādo cibum etiam ſi in medio fuerint paroxiſmi: quāuis noſtre intentioni contrarium videatur: cum intendamus ꝙ natura egritudini debeat preualere: ⁊ in hoc caſu nihil vino melius reperitur quare dico ꝙ quāuis vinum ſarracenis bibere licitum non ſit: tamen in hoc loco ita licitum eſſe videtur vinum bibere. quemadmodum eis licitum eſt comedere carnes morticinas ſcilicet que per ſe moriuntur vel ſuffocantur habentibus neceſſitateꝫ. q̄re incipere debemus eis dare micham panis infuſam vino. Et vinum quod melius reperit̄ eſt aromaticum. cuius caliditas penetrare poteſt per totum corpus. quod ſit ſine amaritudine ⁊ ſtypticitate. ⁊ eſt illō vinum quod eſt vinoſum pungitiuuꝫ in principio. ⁊ poſt delectabile ſine aliqua amaritudine ⁊ ponticitate. Et mihi non placent vina in noſtris partibus aſſueta ſicut ſunt vina picis. ideo quia ſunt vina medicinalia ⁊ non nutribilia. ⁊ nocent principalibus membris ſua ſiccitate ⁊ acuitate. Diamuſcum autem in talibus propinatum cum vino non nocet. ⁊ in principio ſyncopis rorare faciem ⁊ aſpergere cum aqua roſa. vel ſaltem conueniens eſt cum frigida. ⁊ ſi ſyncopizās habuerit apoſtema epatis vel ſtomachi vel ſimilium membrorum. nō ſperes eum curare cum exhibitione cibi quia cibus plus multiplicat apoſtema q̄ꝫ fortificet virtutem. ⁊ fricare extrema in hora ſyncopis conueniens exiſtit. Illis vero quibus prouenit ſyncopis ex caliditate vel acumine renū qd̄ ſcire poteris ex ſignis dictis ab. Hy. que ſunt nares acute oculi concaui. tempora plana. ⁊ ſimilia. cura illorum eſt contraria ſupradicte. quia ad conſeruationem illorum nō indigemus abſtinentia cibi nec reſpicere diem creticam neqꝫ ſtatum egritudinis aliquo modo. Et ex cibis cōuenientioribꝰ omnibus eſt micha panis vel kiſt ordei cum granis granatorum. quia in granis granatorum proprietas reperitur reſiſtendi putrefactioni. ⁊ vt cibus in fumoſitatibus malis conuerti minime poſſit. ⁊ ex cibis etiam qui ipſos habent cōfortare ſunt vitella ouorum. ⁊ teſticuli gallorum: ⁊ pulle parue. ¶ Et ſi ſyncopis fuerit ex errore cibi cibādus eſt ex pane infuſo in vino. et ſit vinum aquoſum lene. odoriferum. albuꝫ ſicut dicit Hy. ⁊ lymphatū ſit cum aqua frigida. ꝙ ſi ſyncopis prouenit ex humoribus viſcoſis mucillaginoſis vinum lymphatū eſſe debet cuꝫ aqua calida. quoniam aqua frigida illis magnum infert nocumentum. ¶ Et tu ſcis ꝙ ſirupus pomorum ⁊ citoniorum cum medicinis muſcatis cōferunt ſyncopi. ſed non iuuamento vini. quia natura neceſſario dominari debet ſuper ipſos ad ipſarum conuerſionem. Vinum autem digeſtioni citius preparatur omnibus alijs cibis et medicinis ita ꝙ dicitur ꝙ in ſtomacho non moratur ad digerendum niſi in epate ſolum ⁊ in talibus tantum indigemus reſtauratione ⁊ nutritione. ꝙ ſi inueniri poſſet aliquid qd̄ nutrire poſſet abſqꝫ digeſtione illud melius ceteris diceretur. ⁊ vtilius propter eorum debilitatem: ⁊ quia intendimus ipſos citius iuuare q̄ꝫ eſſe poteſt. aer autem in quo infirmus iuuari debet frigidus ⁊ ſtypticus debet eſſe. ⁊ generaliter tibi neceſſarium exiſtit: vt talibus ordines oīa que habent reſolutioni obuiare: ⁊ emplaſtrando ſuper vētres eorum ⁊ ſtomachos res ſtypticas: ⁊ aromaticas. ⁊ ſi calor in talibus eſſe fortis reperitur. propinabis eis res ſtypticas. et aromaticas. Et habēs ſyncopim cauſe apoſtematis aliquorum membrorum ꝑncipalium nullatenus de ipſius liberatione confidere debemus.

¶ Cap. xvii. Qd̄ eſt de ſyncopi ꝓueniente cā ſtomachi.

Syncopis quidē ex ſtomacho procedēs ſi ex cholera que in ore ſtomachi abundauerit fuerit in ꝑmis vomitum prouocare debemus, ponendo pē

nam eis in ore:⁊ ſi cum hoc eijcere nō poterit naturam tunc
mollificare debes. Et Galie. videtur vt talibus in hoc caſu
oleum tepidum dare debemus. quoniam ſi vomitū nō ha
buerit ab eo ſaltem natura mollificabitur inde. Sed q̄a he
medicine que habent vomitum prouocare de ſui natura eſt
⁊ proprietate ſtimulare virtutem plus eo quod facit humor
efficiens ſyncopim:⁊ addit in eadem egritudine:⁊ propter h
dico q̄ longe melius eſt confortare eorum ſtomachos cum
maſtice ⁊ ſpica nardi:⁊ ſucco cytoniorum ⁊ foliorum vitis:
q̄r taliter virtus eorum expulſiua confortatur ⁊ humorem ex
pellit:⁊ ſi vomitus a ſe prouenerit in hoc caſu valde lauda-
bilis exiſtit. in ſyncopi quidē facta ab humoribus frigidis
dabis de electuario diatrion pipereon:ſtudendo extrahere
hūores queādmodū dicturus ſum in curis cuiuſq̄ mēbri.

Cap. xviii. Quod eſt de ſyncopi accidēte cā doloris.

Ideo q̄ ſi potes remouere dolorem remouēdo cau
ſas ipſius non intendas curare cum rebus exiſtē
tibus contrarijs egritudini:⁊ hanc curam inue-
nies in curis male cōplexionis que accidit in vno
quoq̄ membro:eo q̄ dolor aliquando procedit a mala cō-
plexione calida vel frigida materiali vel non materiali: ⁊ ac
cidit aliquando a mala cōplexione ſicca abſq̄ materia ſicut
accidit dolor i ſpaſmo ſicco. Sed quādo dolor intantū for
tificatur q̄ nō eſt tempus expectandi:tunc curare debemus
etiam cum rebus augmentantibus cauſam. ſ. ſtupefaciendo
membrum doloroſum:⁊ hec cura non confert niſi per acci-
dens. ſ. priuando ſenſum illius membri in quo mala com-
plexio reperitur cauſa humoris ibi exiſtētis: ⁊ inde diminui
tur motus eius expulſiuus. ſ. eius virtus expulſiua:abſq̄ ta
men reſolutione ſpirituum aliqua. Quando autem ſenſus
ſuperfluus mēbri eſſe reperitur:tunc certiſſime ſuperfluitas
reſolutionis ſpirituum reperitur. Et quando facimus hanc
ſpeciem curationis in doloribus a cauſa frigida prouenien-
tibus in fine. tunc ſequitur magnum nocumentum. Sed ſi
cauſa fuerit calida. tunc non tantum ſequitur nocumemtū:
neq̄ operari debes illam curam in cauſa frigida:niſi cū in
firmus in articulo mortis eē reperitur cauſa doloris. Et
ex huiuſmodi medicinis que in hoc caſu magnam habent
proprietatem eſt filonium:⁊ eſt rationabile propter opiū re
ceptum in ipſo. Et hec cura generaliter in omnibus dolori-
bus acutiſſimis operatur ⁊ in quibus magis neceſſaria exi
ſtit eſt in doloribus oculorum auris ⁊ dentium ⁊ in teſtino
rum. Et Gal. precipit q̄ minime exercere debes hanc curā
niſi poſtq̄ pronoſticatus fueris infirmo q̄ in fine ex ea leſio
nem habere debet. tamen conari debes in remittendo nocu
mentum q̄ ex eo cognoueris eſſe futurum:⁊ in partibus no
ſtris quando volunt opium operari non faciunt niſi miſcen
do cū alijs medicinis:ſicut eſt in phylonio. Et melius filoni
um eſt illud quod non eſt vetuſtum ſuperflue quia in eo vir
tus opij eſt conſumpta nō recens nimis. q̄r in eo virtus opij
ſuperflue abundare reperitur. Cura vero cum tyriaca in do
loribus remouendis eſt cura cauſe remotionis. quemadmo
dum faciunt illa que habent remouere malā complexionē
facientem dolorem. ⁊ propter hoc in illo caſu opus tyriace
laudabilius exiſtit opere phylonij. Et cū volueris remo
uere dolorem remouendo cauſam ipſius conſiderare prius
debes quis humor eſt in cā quoniā ſi ex humore calido fue
rit ſicut dicit Gal. de illo qui patiebatur dolorē ventris. ⁊
eſtimabatur q̄ cauſa illius eſſet ex humoribus frigidis. ſi-
cut pro maiori parte accidere cōſueuit. Et quandocūq̄
dabanť ei calida per os aut clyſteria ponebanť. dolor in eo
ſemper augmentabatur. ⁊ ſic cognitum fuit q̄ dolor erat ex
humore calido cholerico imbibito in pelliculis inteſtinorū
⁊ tunc cibatus fuit cibis nō facilis conuerſionis:⁊ bis eidē
propinata fuit medicina facta cum oleo. ⁊ ſic fuit liberatus
ab ipſo. Sed ſi fuerit dolor ex humoribus frigidis. tunc
curabis eum euacuando humorem dictum ſicut fecit. Ga.
in ſeipſo cum clyſteri. cum extraxit humorem vitream:⁊ in-
de liberatus fuit. Et quandoq̄ etiam fit dolor cauſa vento
ſitatis fumoſe que reſoluitur ex corpore ipſius humoris. et
talis dolor non eſt curandus cū medicinis vltime: calidita-
tis eo q̄ q̄uis reſoluant ipſam faciunt oriri iterū ex ipſo hu
more aliam fumoſitatem. quare cura iſtius doloris eſſe de-
bet cum medicinis modice caliditatis. ⁊ que cū hoc habeāt
virtutem digerendi:⁊ tyriaca etiam in hoc caſu magni exi-
ſtit iuuamenti. Hucuſq̄ iam elongatus ſum ab intentio
ne materie:eo q̄ curam remotionis cauſe memoratus ero-
cum tractabo de curis remotionum accidentium: ⁊ nunc re
dire intendo ad illud quod pretermiſi de mea preſcripta in
tentione ſuperius. Dico ergo q̄ in doloribus aliquando fi
unt localia remedia:ſicut cum pinguedine anſeris ⁊ galline
⁊ anatis:⁊ aliquando fiunt cum embrocatione aque calide
⁊ olei ⁊ ponendo eos in balneo ⁊ cum his ſimilibus. In
doloribus vero factis ex vaporibus calidis ſolum apponi-
mus ventoſas cum igne:⁊ hoc tandiu eſt faciendum donec
medicus tempus vel ſpacium habeat cauſam remouēdi: eo
q̄ maior pars illorum dolorum qui ex ventoſis remoueně
redire cōſueuerūt:niſi medicꝰ tpis ſpacij fuerit ſtudioſus ad
remotionem ipſius cauſe:q̄r vix eſſe poterit quin error cadat
in regimine ipſius infirmi:⁊ inde videbitur recidiuare: et ſic
rationabiliter eſſe debet quoniam vapores iſtius humoris
ſemper faciunt paroxiſmum donec ex toto ſit reſolutus vel
ex toto euacuatus.

Capitulum. xix. Quod eſt de ſyncopi proueniente ex ſu-
perflua euacuatione.

Cias q̄ cura iſtius ſyncopis ſit pluribus modis
⁊ Primus eſt vel ſit trahendo materiam ad par-
tem oppoſitam. Secundus ſit confortando illud
membrum vnde fluit materia ne ipſam ſuperflue
ſpargere poſſit. Tertius modus ſit reſtringendo vias vnde
fluunt humores ad locum. Quartus modus ſit impediēdo
virtutem expulſiuam quando ſuperflue expellit ſicut ſit in il
la paſſione que cholerica nominatur ⁊ in arabico dicitur al
mayda in qua vomitus ⁊ ſeceſſus ſimul fiunt : que curatur
ſtringendo ⁊ ligando crura ⁊ brachia:⁊ ponendo eos in bal
neo:⁊ cum hoc etiam in eadem neceſſitate habemus ponen
di ſtyptica intus ⁊ extra. Sed quia balneum ſuperflue habē
ſoluere ⁊ euacuare:ideo cum timore magno tales in balneo
ponēdi ſunt:etiam exhibendo eis ſtyptica:⁊ etiā de iſtis ad
huc locuti erimus quādo tractabimus de cura male cōple-
xionis mālis dū euacuatur de membro ad membrum.

Cap. xx. Quod eſt de ſyncopi ſupueniente ex ſuperfluo flu
xu ſanguinis narium vel aliorum mēbrorū.

Ura ſanguinis narium ſi fuerit ex nare dextra po
nende ſunt ventoſe hypocundrio dextro ſup epar
⁊ ſi fuerit ex ſiniſtra ponende ſunt ſuper ſplenem
⁊ ſimiliter ſi ex menſtruis ſuperflue fluxerit poni
mus ventoſas ſuper mām̄illis:⁊ cum hoc propinanda ſunt
ſtyptica que habent cōſtringere orificia venarū.

Capitulum. xxi. Quod eſt de ſyncopi proueniente ex ſu-
perflua vigilia.

Igilijs ſubuenimus cum cibis quorū ꝓꝓ̄etates
ſunt inducere ſomnum: ⁊ cum vnctionibus pro-
uocantibus ſomnum ſicut eſt oleum nenufarinū
⁊ viola. ⁊ oleum de ſeminibus cucurbitarum : et
cum odoratiuis inducētibus ſomnum. ⁊ ēt debe
mus dare eis vinū lymphatū ſi fuerit ſine febre. Hec aūt
omnia ſupradicta diximus ad rectificationem ſeu curatio-
nem prauorū ⁊ periculoſorum accn̄tium febribus ſuperueni
entiū. Cura aūt remotionis cāe rememoratus ero qn̄ tracta
bo de curis accn̄tium ⁊ malorum apoſtematum.

Capitulum. xxii. Qd̄ eſt de curatione male complexiōis
ſpiritualium membrorū.

Et poſtq̄ narrauimus breuiter curationem male
complexionis vniuerſalis: narranda eſt curatio
male cōplexionis particularis. Sed quando ma
lacomplexio eſt imaterialis cura eſſe debet per cō
trarium:⁊ quādo fuerit materialis cura eſſe debet ꝑ euacua

tionē ⁊ per ꝯtrarium ſimul. Sed in euacuatione ⁊ in reſiſtendo per contrarium conſideranda eſt etas. ⁊ complexio. ⁊ conſuetudo ⁊ tempus ⁊ etiam attendere debes complexionem membri ⁊ formam ipſius ⁊ poſitionem eius ⁊ colligantiam ſuam ⁊ ſenſibilitatem ⁊ ſuum iuuamentum. hoc eſt q alicui membro superuenit ſolū ſine apoſtemate: ⁊ poſtea de apoſtematibus loquemur. Et dicamus ꝙ modus. vel vſus medicaminis male cōplexionis particularis eſt vnus. Sed diuerſificatur in aliqua proprietate quemadmodum conſeruatio proprie complexiōis illius membri ⁊ figure ipſius ⁊ poſitionis ⁊ cōpaſſionis vel colligantie ſubtilitatis ⁊ ſui iuuamenti. ⁊ hoc dictum eſt in his que preceſſerunt. ſed eſt neceſſe vt hanc cōſiderationeȝ ſemper habeamus propter illa que hic narrare intendimus.

¶ Capitulum. xxiii. Quod eſt de cura male complexionis ſicce ſtomachi ſine materia.

I ſtomacho mala accidit cōplexio ſicca ſoluȝ nō materialis dicimus ꝙ modus medendi illam eſt vnus ⁊ idem modus cū modo medendi malam complexionem totius corporis ſiccaȝ. Sed diuerſificatur in hoc: quia diſſimilis eſt cōplexio naturalis ſtomachi a complexione totius corporis. Ergo incipere debemus ponendo ipſum in balneo temperato. ⁊ poſt balneum lac bibat temperatum aſine: aut capre cum aliquantulo zuccaro. Et quando cognoſcemus eū digeſſiſſe lac per ſigna ructus ⁊ tumoris ſtomachi. iterum ipſum in balneo ponemus. ſpacio tamē interueniente inter vnā ⁊ aliam balneationem quatuor horarum aut quinqȝ. ⁊ ſemper in exitu balnei debet inungi cum oleo viol'. vel cōi. eo ꝙ ipſum humectabit: ⁊ cauebit ei a multa diſſolutione ⁊ in quolibet exitu balnei propinetur lac ſupradictum ſi ipſum affectauerit. Sin autē aqua ordei propinetur. ⁊ hora prandij detur panis mundus bene coctus. et bene fermentatus cum pullis gallinarū: ⁊ caponibus impinguatis cum lacte amigdalino. ⁊ piſces petroſi ad hoc ſunt vtiles carnes perdicum faſianarum. coturnicuȝ ēt vtiles ſunt. ⁊ cibus conuenientior eſt ille q velocis digeſtionis eſt ⁊ multi nutrimenti: q̄uis tales cibi aliquādo videātur ꝯtrarij: ⁊ vinum talium debet eſſe aromaticum cū aqua mixtum: ⁊ talis quātitas vt cibum in ſtomacho natare non faciat: nec extenſionē aut grauedinē inferat: ⁊ cū hec paſſio fuerit ſedata paulatim ad illius ꝯſueta parū p deducemus.

¶ Capitulum. xxiiii. Quod eſt de cura caliditatis ⁊ ſiccitatis ſtomachi.

Ed quādo cū ſiccitate ꝯiungeť caliditas: tunc cū hoc regimine res frigide ſunt admiſcēde: ſicut aq̈ ordei ſirupus de nenufare: ⁊ ſirupus de viol'. ⁊ vinum magis temperetur cum aqua frigida: ⁊ iſtis aqua frigida conueniens exiſtit. Et ſi ſiccitas multuȝ fortis fuerit tunc aqua frigida eſt timoroſa ne os ſtomachi ledat. ⁊ vngendus eſt cū oleo amigdalino: ⁊ inquātum egritudo in caliditate ⁊ ſiccitate excedit in tantum indiget rebus in frigidantibus ⁊ humectantibus: ſed in eo ꝙ eſt ſtomaticha indiget rebus habentibus aliquid caliditatis cum ſtypticitate ⁊ aromaticitate ⁊ propterea non eſt malum cuȝ his addere aliquātulum maſticis.

¶ Capitulum. xxv. Quod eſt de cura frigiditatis ⁊ ſiccitatis ſtomachi.

Ed quādo cum frigiditate ſiccitas coniungetur: tunc cum lacte aliquātulum mellis eſt ponendū cum boni ſit odoris atqȝ ſaporis: ⁊ aqua ordei dimittatur ſi fortis frigiditas affuerit: ⁊ tali ſtomacho ſuperponatur puluis maſticis cuȝ oleo roſato extenſus ſuptr lanam: ⁊ oleum amigdalinuȝ eſt cum iſtis iuuatiuum valde. ⁊ emplaſtrum picis inter cetera iuuatiuum exiſtit qn̄ rationabiliter fit hoc eſt vt ponatur ſuper mēbrum: ⁊ nō ibi diutius imoretur: niſi vt poros aperiat: ⁊ poſtea auferatur. Et ſcias ꝙ ſiccitas difficilior eſt ad humectandum q̄ȝ humiditas ad exiccandum: quemadmodum frigide difficiliores ſunt ad recipiendum caliditatem. q̄ȝ calide ad recipiendum frigiditatem ob hoc quia difficilius quod in his eſſe poſſit eſt curare frigiditatem ⁊ ſiccitatem: quia eſt egritudo ſimilis. calida nanqȝ corpora debent cuſtodiri ne ad habitū veniant ſenectutis.

¶ Capitulum. xxvi. Quod eſt de cura male complexionis calide ſtomachi.

Ala autem complexio calida ſola videtur: vt curari debeat cum rebus frigidis ſoluȝ. Sed tamē hoc membrum infrigidari nō debet ex toto: propterea quia ſuper hoc mēbrum dominatur frigiditas: q: ſecundū plurimum vnaqueqȝ res que alterationē recipit potius illam recipit ad quaȝ ſua complexio declinat naturaliter: ⁊ ideo egritudines iſtius mēbri a frigiditate cauſantur vtplurimū. Et experimentatores noſtri temporis in paſſionibus ſtomachi multum errant: eo ꝙ non intendunt calidum ſtomachum alterare: niſi cuȝ frigidiſſimis rebus: ⁊ tamen cum medicus percipit ꝙ aqua ſit danda et hoc vetat erit magnus error ſicut recitat. Gal. de quodam qui ſtomacho ſuo habebat complexionem malam calidam fortem et medicus eidem aquam frigidam bibere inhibebat. ⁊ Gal. ei aquam frigidam prebuit ⁊ euaſit. Et propter aliaȝ cauſaȝ infrigidationem iſtius membri vitare debemus: eo ꝙ habet operationem toti corpori communicantem: vnde princeps communicans appellatur: ⁊ membra que tale officium habent infrigidari nimis non debent: vt virtutes eorum non ledantur. ¶ Et propter hoc preceptum habemus. vt ſupra ſtomachum oleum non ponamus actu frigidum: ⁊ ſi ſit frigidum in potentia. ⁊ hoc eſt ſimile ei quod facimus in euacuatione: quia cum celeriter purgantibus miſcemus ſtypticas medicinas. aliter proceſſus ꝯueniens non eſſet. Et quādo Gal. dicit ꝙ in leſione operationis membri maior cadit timor in euacuando q̄ȝ in alterādo: nō ſane loquiť: ſed errat quia ſicut timenda eſt euacuatio: vt virtutem non ledamus ſic in alteratione: ⁊ maxime in alteratione frigiditatis. nam ille modus eſt maioris damni in membriſ nutritiuis. ¶ Et regula medicationis in principalibus membris non accipitur niſi a colligantia cordis cum ipſis. Et quare vituperat Gal. archigenem cum dicit ꝙ virtus regitiua in corde exiſtit cum ipſe medicetur cor. ⁊ licet egrotet cerebrum. ⁊ propterea quia Archigenes cordi non ſubueniebat. Gal. ipſuȝ vituperabat. ergo ſm archigenē in medicādo procedebat ⁊ ⁊ cauſam medicationis ignorabat.

¶ Capitulum. xxvii. Quod eſt de cura frigiditatis ⁊ humiditatis ſtomachi.

Ed mala complexio frigida et humida eſt calefacienda et exiccanda: ſicut cum electuario trium piperum. Et ꝙ dicimus in medicatione male complexionis non materialis in ſtomacho: illud idem debet intelligi in alijs membris. ⁊ maxime quando fuerint cauſa dandi malam complexionem toti corpori ſicut aliquibus membris: ꝙ ſi mala complexio calida ⁊ ſicca aduenerit. erit cauſa dandi toti corpori ipſam ⁊ in ethicam poterit prouenire: ⁊ hoc erit quando illa mala complexio vſqȝ ad cor deducetur.

¶ Capitulum. xxviii. Quod eſt de egritudinibus ſtomachi ⁊ aliorum mēbrorum principalium cū materia.

T poſtq̄ȝ ſumus locuti de mala complexiōe nō materiali loquemur deinceps de mala complexione materiali que poteſt alicui ſuperuenire mēbro. Et dicimus ꝙ intentio ſunt due res et ſunt vt euitetur ſuperfluitas ⁊ rectificetur mala complexio relicta a ſuperfluitate. ⁊ ſignificatio harum rerum habetur ex operationibus ⁊ ex poſitione membri ⁊ eius forma. et ex colligantia eiuſdem. ⁊ ex ſuo iuuamento. et ex ſua ſenſibilitate. et ex demonſtratione nature egritudinis et eius cauſe ⁊ accidentis. ¶ Et tu ſcis quia ſuperfluitatum quedā ſunt que generāť in mēbro. q̄dā ſunt q̄ ab alijs fluūt mēbris: qđ ē q: ꝯſuetudo eſt ꝙ forte mēbroꝝ ſuas ſupfluitates ad debile expellat ⁊ maxime ſi ad hoc adiuuat locus ⁊ vie

que confluunt ad ipſum ſicut eſt cerebrum cum ſtomacho
⁊ hoc in medicatione membrorum eſt ſicut efficiens cauſa.
Et eſt perſcrutandum in rectificatione illius membri ĩ ⁊ re-
ctificatione ſue complexionis ſi eſt ſufficiens aut ſi neceſſe ẽ
totum euacuare corpus. ⁊ in hoc eſt neceſſe anticipare in for
tificando membrum cum ſtypticis medicinis vt materia ad
illud non trahatur ſi corpus non ſit plenum vt attrahimus
materiam ad contrariam partem ad ignobilius membrum
⁊ poſtmodum medicamen conueniens adhibemus. Et viã
medicationis membrorum accipimus a forma membri et a
loco: ſicut ſtomachus vtplurimum per vomitum debet eua
cuari: ⁊ per farmaciam vt minus. ⁊ epar cum ambobus eua
cuari poteſt: quibus etiam prouocatio iungitur vrine. Sed
inteſtina ſolum farmacia ⁊ clyſterijs. Sed ſi humor fuerit fi
xus in ſubſtantia membri tunc eſt neceſſaria fortior medici-
na vt trahatur. Et aliquando erit compoſitio in eo: quia in
ipſo eſt humor proprius ⁊ eſt alter tranſmiſſus: ⁊ ſic eſt neceſ
ſe duobus modis prouidere. Unus eſt in periculoſiori: ali⁹
eſt in euacuatione alterius ſine cuius remotione curatio fie
ri non poſſet: ſicut verbi gratia vt in eſſentia ſtomachi ſit hu
mor vnus acutus ⁊ in concauitate alter humor ſit locatus
tunc non eſt purgandus vel non poterimus ipſum humo-
rem purgare qui eſt in eſſentia donec trahetur qui in conca
uitate exiſtit: ſed ſi humor qui eſt in eſſentia eſſet ſyncopim ĩ
ducens tunc prouidendũ eſt: ſed ſi res non exiſtat periculo-
ſa: tunc in medicatione ordo eſt ſeruandus hoc eſt vt proui-
deatur egritudini que currit per viam cauſe: ⁊ poſtmodum
occaſionem remouere. Et ſimiliter egritudo que non cura-
tur niſi per euacuationem alterius que non eſt ipſius cauſa
verbi gratia: quando in ſtomacho vnus humor fixus ĩ ei⁹
ſubſtantia: ⁊ alter eſt in cõcauitate qui ſparſus eſt a cerebro
dicimus ꝙ primitus prouidendum eſt cerebro: ⁊ poſtea de
humore qui effuſus eſt in ſtomacho: vltimo vero de illo qui
in ſubſtantia eſt ibibitus. Et hic inueniuntur medicine pro
prie in euacuatione proprij membri ⁊ proprie in fortificatio
ne membri ad hoc vt ſuperfluitates recipere non poſſit: ver
bi gratia. quando in ſubſtantia ſtomachi fixus fuerit hũor
acutus: tunc hiera aloes vtilior eſt ad ip̃m extrahendum q̄ꝫ
alia medicina eo ꝙ aloes non niſi a ſtomacho trahit. Sed
alie medicine que iſtum trahunt humorẽ q̄ꝫuis trahãt a ſtõ
ꝑꝑ ſuã fortitudinẽ ẽt ad ſtomachũ trahũt. Sꝫ qñ hũor eſt ĩ
concauitate ſufficit in abſtractione ipſius abſinthium cum
melle ⁊ mirobalani citrini. Sed ſi iſte humor eſt flegmati-
cus aut ſubtilis: aliquando ſufficit vomitus cum aqua hor
dei ⁊ melle quando fuerit diuiſus cum oximelle compoſito
⁊ poſtea ſtudere debes in extrahendo ip̃m cuꝫ medicinis ꝓ
prijs huic ſicut eſt agaricum: ⁊ colloquintida. ⁊ cum gum-
mis laxatiuis ſi neceſſe fuerit. Et ſimiliter humor melãcho
licus eſt euacuandus poſt ipſius inciſionem cum medicinis
ſibi proprijs. Et ſtudioſus eſſe debes in op̃ationibus tertijſ
ex ꝓprietatibus medicinaꝝ in vnoquoqꝫ membro: ⁊ ꝙ vni-
cuiqꝫ membro ſibi ꝓprie medicine a tota ſpẽ reperiunt̃. Sꝫ
inciſio hec eſt neceſſaria ſi humor fuerit groſſus ⁊ poſt ip̃aꝫ
ſcd̃m cõuenientiã purgatio vl' h̄ ſunt cõſiderande tertie vir
tutes medicinaꝝ: eo ꝙ ſunt proprie vnicuiqꝫ membro ⁊ iccir
co videtur mihi ꝙ narratio medicinaꝝ valentium vnicuiqꝫ
mẽbro cũ narratione egritudinũ eſt via ꝯpletiua in hac ſum
ma. Et propterea vna ex ꝯditionibuſ q̄ dicitur in hoibus ꝑ
fectis in artibus eſt vt ſit dñs artis ex ſe ita vt cognoſcat res
neceſſarias ꝑfecte cũ inſpexerit rerum diuerſitatem.

¶ Cap. xxix. Qd̃ ẽ de inflatiõe mẽbrorũ ⁊ ap̃atib⁹. ĩ gñali.

Deinceps volumus narrare egritudines que ſũt
cum apoſtemate. Et dicimus ꝙ prima intentio
ap̃atis in eo ꝙ eſt ap̃a diuiditur in duas partes
vna eſt euacuatio materiei facientis ap̃a alia eſt
remotio male complexionis. Et aliqñ minor cadit conſide-
ratio in vna iſtarum q̄ꝫ in alia: ⁊ aliquando conſideratio in
vtriſqꝫ equaliter currit. Euacutio plus ꝯſiderari dꝫ in apo
ſtemate ſanguineo ſed alteratio plus in eriſipilla eſt cõſide-
randa q̄ꝫ euacuatio. Sed compoſitio iſtorum duorum hu-
morum equaliter conſiderationem prebet. ⁊ iſte due intenti
ones non conſiderant̃ niſi facto apoſtemate. Sꝫ qñ eſt in fi
eri tertia adiungitur intentio. ⁊ hoc eſt ad remotionem cau
ſe. Et hoc fit reſiſtendo ſparſioni materie ad membrum que
prouenit: aut propter totius corporis repletionem: aut pro-
pter alicuius membri repulſionem: aut plurium: eo ꝙ forti-
us membrum ad debile expellit ſuperfluitates ſuas: ⁊ ad h̄
adiuuat communicatio membrorum ⁊ habilitatio viarum.
Et aliquando cauſa iſtius attractionis eſt mala complexio
calida iſtius eiuſdem membri ⁊ aliquando exiſtit cauſa do-
lor fortiſſimus membri. nam manifeſtuꝫ eſt ꝙ complexio ca
lida trahit. nam caloris proprium eſt attrahere. Sed dolor
hoc facit: aut propter malam complexionem que generat
dolorem: aut propter malaꝫ complexionem que fit propter
ſuperfluitatem motus virtutis expulſiue cum ſuperfluita-
tes expellit: aut propter iſtas res ambas. Sed mala comple
xio calida que cauſa exiſtit attractionis: aliquando accidit
propter extrinſecas cauſas: ſicut propter morſuram. percuſſi
oneꝫ. ⁊ ſimilia. ⁊ aliquando propter intrinſecas accidit cau
ſas: ſicut propter humorem mordicatiuum ⁊ ſimilia: aut vẽ
toſitatem extenſiuam: aut propter ſuperfluam repletionem
que grauat membrum. Et he tres intentiones curationis
apoſtematum ſunt: quarum quedam ſunt que ſicſe habent
ꝙ vna aliquando contrariatur alteri: ⁊ quedam non: ⁊ iam
diximus cui magis intendere debem⁹. ¶ Et deinceps nar
randa ſunt illa quibus competunt he tres intentiones ĩ me
dicatione apoſtematum: ⁊ incipiemus a reſiſtentia cauſe ef
ficientis. Et dicamus ſi cauſa attractionis ad membrum ꝓ
pter reſolutionem exiſtit: eſt facienda tũc euacuatio vniuer
ſalis: ſicut phlebotomia. ſi propter multitudinem fuerit ſan
guinis: aut per farmaciam ⁊ vomitum. ſi propter maliciam
fuerit humorum: aut cum vtriſqꝫ ſi adeſt vtrunqꝫ. Et eſt ne
ceſſe vt iſta euacuatio fiat ſicut dictum eſt per attractionem
materie ad partem oppoſitam per vias apoſtematis propin
quas ſicut incedit natura. quia apoſtemata epatis vtpluri-
mum creticatur per fluxum ſanguinis narium. Et iſta ea-
dem via intelligenda eſt in euacuatione humorum. nam ſi
materia fuerit in ſuperioribus tunc farmacare ⁊ clyſterizare
debemus. ⁊ ſi in inferioribus educere debemus per vomitũ
Et ſi cauſa que facit effuſionem materie erit in vno membro
tunc illud euacuandum erit: ſicut eſt cum fricatione. Verbi
gratia. ſi materia que obtalmiam habet inducere effundit̃
per oculos ⁊ prouenit a cerebro ſolum. tunc ventoſe in fon-
tanella colli vtiles ſunt: propterea quia hec euacuatio duas
aggregat intentiones conuenientes in hoc caſu: quia euacu
at membrum apoſtematum. ⁊ materiam trahit ad oppoſi-
tam partem. Euacuatio vero que fit ex membro apoſtema-
to corpore exiſtente pleno eſt ex rebus ledentibus multum.
vnde ſi hoc peccatum effugere voluerimus oportet nos to
tum euacuare corpus. ⁊ poſtea redire habemus ad primuꝫ
membrum euacuandum. Et quia vnunquodqꝫ membrum
pro maiori parte reperitur habere proprias vias: per quas
euacuationem recipere poteſt: ideo per eaſdem vnunquod-
qꝫ cum indiguerit debemus euacuare: ſicut cerebrum quod
poteſt euacuari per ſternutationem ⁊ gargariſma. Et ſi fece
ris iſta corpore exiſtente pletorico leſionem inde habebit in
firmus. Et aliquando huic intentioni euacuandi materi-
am ante dictam alia adiungitur intentio ſecundum ꝙ ante
dictum eſt vt eſt fortificare membrum cum ſtypticis ⁊ frigi
dis vt ſuperfluitates non recipiat: ⁊ hoc fiat corpore vacuo
exiſtente. ⁊ ſi hoc non feceris non erit tutum quin materia
non redeat de membro ignobili ad nobile: ⁊ hec eſt vna ex
rebus ex quibus apoſtemata curant̃ in principio. Et ſi cau
ſa infuſionis membri fuit ipſius caliditas intendẽdũ eſt tũc
vt remoueatur mala complexio ipſius: remota vero comple
xione mala membrum debet confortari. ⁊ ſi remota non fue
erit cauſa: quemadmodum illa que propter morſuraꝫ alicu
ius animalis venenoſi fit tunc prius euacuãdũ ẽ illud vene

nū cū medicinis attractiuis aut ventoſis.⁊ ſi humoꝛ affue-
rit euacuetur. Et aliquādo ſignificatio ſumpta ab iſtis ē ſe
cunde intentioni ꝯꝛia:hoc eſt ap̄atis eūatio . ⁊ quādoqꝫ nō
eſt contraria. Exemplum cōtrarie eſt.vꝫ.qñ remotio cōplo-
nis calide fit cum medicinis frigidis:qꝛ euacuatio nō fit ni
ſi cum medicinis reſolutiuis. Exemplū nō ꝯtrarie eſt vt qñ
cauſa fuerit humoꝛ groſſus in membꝛo tunc due intentio
nes fient vna:eo ꝙ fient ſolum cum medicinis reſolutiuis.
Sed medicatio doloꝛis ſecundum ꝙ dictū eſt aut fit ꝓpter
remotionem ſue cauſe aut dando membꝛo cōplexionem cō
trariam doloꝛoſe.⁊ hec fiunt cum medicinis q̄ pꝛopꝛie ſunt
in mitigando doloꝛem ſicut eſt pinguedo anatis ⁊ galline ⁊
oleum vitelli ouoꝛuꝫ ⁊ ſimilia. Et aliqñ remoueretur doloꝛ
ꝑ membꝛi ſtupefactionem. Hec eſt regula iſtaꝝ trium inten
tionum ſuperius narrataꝝ. Sed fit ẜm oꝛdinem tempoꝛum
ap̄atū:qꝛ ẜm plurimū medicatio ap̄atis in pꝛimis fit eūone
⁊ repercuſſione ſupponendo fridas ⁊ ſtypticas medicias ſu
per ap̄a.⁊ illud quod magis neceſſe eſt vt cauſa ſufficiens
remoueaꝭ eſt in ap̄atibuſ citi aduentus:ſicut in ap̄atibꝰ acu
tis que ex cholera ⁊ ſanguine pꝛoueniunt. Sed ſecunda in
tentio eſt ꝙ ipſius ap̄atis poſt ſtatū eūatio fieri debet.⁊ ꝑn-
cipium debet eſſe cum medicinis maturatiuis. Et ſi euacua
tio non eſt ſufficiens cum rebus reſolutiuis tunc aperiatur
cum medicinis coꝛroſiuis aut cum ferro. Et manifeſtum eſt
ꝙ ſi euacuatio fiet cum medicinis diſſolutiuis dum mate-
ria eſt in curſu:plus ad membꝛum ap̄atū traheretur q̄ꝫ poſ
ſet eūari.pꝛopterea neceſſe eſt vt poſt eūonem apponantur
medicine repercuſſiue mixte cum paucis reſolutiuis : eo ꝙ
ſtyptice committent doloꝛem. Et qñ fuerit in ſtatu tunc me
dicari debet cū medicinis reſolutiuis ſolum.⁊ itra iſta duo
tempoꝛa vtendum eſt medicinis ex his duobus mixtis . et
iſte medicine ſcientur in libꝛo ſimplicis medicine Regimē
vero in apoſtemate ca'ido male complexionis in pꝛimis eſt
refrigeratio:eo ꝙ cum infrigidatione eſt etiam repercuſſio.
⁊ etiaꝫ quia pꝛopter mitigationeꝫ caloꝛis curſus materie de
ſtruitur. Apoſtemata vero frigida curari non debent cuꝫ re
bus frigidis niſi tranſacto tempoꝛe augmenti : qꝛ caliditas
non reſiſtit reſolutioni. hec eſt intentio medicationis apoſte
matum inquantū ſunt ap̄ata. Deinceps loquemur de apo
ſtematibus ẜꝫ ꝙ ſunt alicui membꝛo appꝛopꝛiata ⁊ ab apo
ſtematibus calidis pꝛincipium faciemus que in membꝛis
fiunt intrinſecis ⁊ extrinſecis.⁊ cum dico calida intelligo eti
am illa que ad ſaniē deducuntur. Et qñ fiunt in ꝑncipali-
bus membꝛis febꝛis cū ipſis oꝛitur:ſiue ap̄a fuerit ſanguine
um vel cholericum vel flegmaticū vel melicum. Sꝫ fleg-
matica q̄ ad ſaniem non perueniunt ſunt ſicut tumoꝛes qui
dicunꝭ naſcentie. Et melācholica q̄ ad ſaniē nō perueniunt
dicuntur ſclirotica ⁊ cancroſa ⁊ raro fiunt in membꝛis intri
ſecis ⁊ quando fiunt incurabilia ſunt:eo ꝙ indigent foꝛtibꝰ
medicinis quas intrinſeca membꝛa tolerare non poſſunt:eo
ꝙ hoꝛum cura non fit niſi cum ferro:quoniam talia apoſte
mata non reſoluuntur niſi poſt longitudinem tempoꝛis . et
tunc virtus infirmi iam defectaꝫ eſſe reperiꝭ.⁊ pꝛopter hoc
he curationes non fiunt niſi cum fuerint in membꝛis extrin
ſecis. Et dicamus ꝙ apoſtemata inquantum ſunt apoſte-
mata requirunt cum ſuis medelis intentiones tres ſupꝛadi
ctas. Sed diuerſificantur in hiſ tribus ſuis ſpecibus ẜꝫ ma
gis ⁊ minus. Naꝫ apoſtemata cholerica in pꝛimis egent re
frigeratione multa cum viol'.⁊ cum viriditate illa que ſupꝛa
aquas reperitur.⁊ cum vua canina:⁊ cum cera infuſa ⁊ ma
laxata cū frigidis ſiccis ⁊ humidis ⁊ his ſimilibus. Sꝫ ſan
guinea cum refrigeratione ſtypticis egent niſi adſit doloꝛ.⁊
ſi doloꝛ adeſt ſunt miſcenda mitigantia. Sed flātica ⁊ me-
lancholica modica indigent refrigeratione et repercuſſione
quia debilem motum habent. Intentiones coniuncte i apo
ſtematibus gratia membꝛoꝛum in quibus ſunt:ſunt hic nar
rāde:eo ꝙ in his maxime cadit pꝛouiſio. Et maxime ſi fue-
rit in membꝛo pꝛincipali. Et dicimus ꝙ euacuatio que per
phlebotomiam fit pꝛopter apoſtema alicuius membꝛi intrī
ſeci debet recipi a colligantia membꝛi a loco ſuo:eo ꝙ quā
do non poterit fieri euacuatio in membꝛo leſo:tunc debet fi
eri per membꝛum communicans ei ⁊ magis pꝛopinquum:
et ſint meatus de vno ad aliud recti:aut rectioni pꝛopinqui
ſicut in membꝛis inferioꝛibus phlebotomia baſilice valet et
in apoſtematibus capitis pectoꝛis ⁊ pulmōis cephalice va
et phlebotomia mediane oībus valet membꝛis. Et ſi idiget
phlebotomia pꝛopter epatis ap̄a in aperitione baſilice dex-
tre cadit ꝯſideratio. qꝛ Ga. dicit in libꝛo de igenio ſanitatis
ꝙ dextra in ap̄ate epatis phlebomeꝭ:⁊ ſiniſtra in ap̄ate ſple
nis:⁊ in ſermonibus ſuis vniuerſalibus ꝯꝛium ponit. Et tu
ſcis qꝛ in euacuatione ap̄atum due res intenduntur. vna eſt
euacuatio materiei membꝛoꝝ cum ipſo cōmunicātium:alia
eſt vt fiat declinatio humoꝛū ad partem oppoſitam ſicut nā
facit qñ creticat apoſtema epatis per fluxum ſanguinis ex
nare dextra:eo ꝙ illa euacuatio cōpꝛehendit oppoſitionem
⁊ cōmunicationē. Sed i phlebotomia baſilice in ap̄ate epa
tis ex dextro latere nō eſt niſi vna intentio:hoc eſt cōmunicā
tium euacuatio. pꝛopterea qꝛ eſt ẜm dimenſionē coꝛpoꝛis q̄
ẜm latitudinem exiſtit:eo ꝙ dimenſiones oppoſite ſunt ſex:
videlicet due latitudinales:⁊ eſt ẜm dextrū ⁊ ſiniſtruꝫ:⁊ due
longitudinales vt ſuperius ⁊ inferius.⁊ due pꝛofunditatis
vt ante ⁊ retro. Et hoc idem faciendum eſt in apoſtematibꝰ
ſplenis.⁊ pectoꝛis:qm̄ qñ ap̄a fuerit in parte dextra phlebo
tomamus baſilicaꝫ ex parte ſiniſtra.⁊ ſi fuerit i ſiniſtra phle
botomamus econtrario. Epar vero cum ſit in vna dimen-
ſione vel extremitate dimenſionis latitudinalis.ergo neceſ-
ſarium eſſet vt phlebotomia fieret per aliā partem.⁊ hec ba
ſilice lateris ſiniſtri:qꝛ in ea cōtinuetur communicatio ⁊ op
poſitio:⁊ qñ nos intendimus facere euacuationem : cōmu-
nicationem:⁊ oppoſitionem continentem:tunc iuuatius eſt
per oppoſitum trahere mām q̄ꝫ qñ vnū intendimus ſolum.
ergo cum fuerit neceſſe totum euacuare coꝛpus.pꝛopter hu
ius neceſſitatem:tūc eſt neceſſe habere ambas intentiones.
Sed quando nobis ſufficiet ſolum membꝛum ap̄atum eua
cuare:tunc nobis vna ſola ſufficiet intentio:ideo in maioꝛi
parte:qñ intentionem habuimus in talibus locis faciemus
attractionem ſine euacuatione remouentem : ⁊ tunc poterit
fieri cum membꝛum euacuatione indiget.⁊ non totum coꝛ-
pus. Et poteſt aliquando eſſe vt pꝛima intētio ſufficiens ſit
ſimiliter in aliquo loco:⁊ fiet hoc ſolum tempoꝛe ſtatuſ apo
ſtematis ſicut minuitur ex vena lingue in ſquinantia facta.
nam ſi poſſemus membꝛum pꝛopꝛium phlebotomare con-
ueniens eſſet:eo ꝙ non ſit timendus materie curſuſ. Sed tē
pus augmenti aggregat res ambas:quia ſi non curaremus
niſi communicationem ⁊ non oppoſitionē plus traheremꝰ
ad apoſtemata q̄ꝫ euacuretur ſicut in eo qui medicinis vti-
tur diſſolutiuis aperitiuis ante euacuationem:quia trahiꝭ
de ſanguine ad membꝛum pluſq̄ꝫ diſſoluatur. Et ſimiliter
due conſiderantur intentiones in paſſione vulue quādo di
minuimus de ſaphena : quanuis ibi non ſit oppoſitio niſi
per longitudinem leui dimenſione. Et ſimiliter cum vento-
ſis in egritudinibus oculoꝛum in fontanella colli.⁊ in fron
te in paſſionibꝰ occipitij capitis. Sed minutio vene que vo
catur ſchylos in egritudine ſplenis a parte ſiniſtra non ꝯp̄
hendit niſi ꝯmunicationē:⁊ ſi volumus materiam deriuare
ad partem oppoſitam fit illud in apoſtematibus pectoꝛis ⁊
ſtomachi ⁊ occipitij capitis ligādo extremitates pedū ⁊ ma
nuum. Et ꝓpterea pꝛohibetur in apoſtematibus vulue om
nino euacuare cū pꝛouocātibus mēſtrua. Et ſimiliter i apo
ſtematibus epatis cum pꝛouocantibus vrinā : ⁊ cū medicis
laxatiuis:qm̄ cū talibus nō fit deriuatio ad oppoſita . ⁊ qa
impoſſibile videꝭ eſſe ꝙ qñ tales medicine tranſeunt ſuper
apoſtematibus quin eis relinquāt leſioneꝫ:⁊ iā diximus ꝙ
hec eſt vna ex rebus augmētātibus apoſtemata.⁊ ſimiliter
pꝛohibitū eſt euacuare apoſtema ſtōi cum medicinis laxati
uis.⁊ gargariſmum in apoſtematibus gule:oꝛis:⁊ palati.⁊
eodē modo omnino pꝛohibitū eſt pꝛouocare vrinā i apoſte
matibus renū ⁊ veſice.⁊ h̄ omnia nō ſunt pꝛohibita niſi do

nec ipſa apoſtemata fuerint in augmento. Sed quando fue
rint in ſtatu non eſt malum vti talibus quoniam habent vi
gorare euacuationem mẽbri apoſtemati: q̄zuis noui practi-
ci faciant talia abſq3 alia prouiſione ⁊ deliberatione. Pro
pterea ꝯſiderãdum eſt in apoſtematibus aurium partis dex
tre ⁊ ſiniſtre in quo latere phlebotomia ſit facienda: q: mani
feſtum eſt ꝙ cephalica in primo illo apoſtemate phleboto-
mari debet. Et videtur ꝙ ſi eſt apoſtema in aure dextra non
debet minui de manu ſiniſtra: quia cepphalica dextra aggre
gat communicationem cum attractione ad contrariam par
tem: quia eſt infra longitudinis extremitatem: na3 medium
non eſt extremitas: quia non eſt credendum. ⁊ maxime i cor
poribus plenis vt ſanguis non ad aurem dextram trahatur
ab extremitate dimenſionis latitudinis oppoſite. et quando
euacuamus cephalica3 ob hoc eſſet melius vt phlebotomia
fieret in parte ſiniſtra. quia he due res aggregantur vna eſt
communicatio: alia eſt oppoſitio ſm duas dimenſiones: eo
ꝙ iſte operationes opponuntur ſm longitudinem ⁊ latitu-
dinem. ⁊ ſi poſſibile eſſet deſideraremus vt quando attrahe
re volumus vt ibi omnes exiſterent operationes. ⁊ maxime
quando eſt repletio ſecundum vaſa.

¶ Capitulum. xxx. Quod eſt de euacuatione membrorum
principalium.

Et debes ſcire ꝙ in euacuatione membroru3 ꝑn
cipalium penitus neceſſarie ſunt due euacuatio-
nes: vna eſt ex phlebotomia: alia ex farmacia ob
hoc quia illa apoſtemata ſm plm non ſunt vni-
us humoris: ſed in illis aggregatur malicia quantitatis cũ
malicia qualitatis. Sed tamen in euacuatione tu debes ſu-
per humorem dominantem preuidere. Et Raſis teſtificat᷒
eſt quia medici ſui temporis faciebant pleureticis ſolu3 mi
nutionem ⁊ moriebantur. Sed ſignificatio ſecunde intentio
nis ex apoſtematibus habita ſecundum membra in quibuſ
ſunt facile non eſt ⁊ maxime quando refrigeratione indigue
rit propterea q: apoſtemata epatis ⁊ oris ſtomachi non cõ-
uenienter medicias actu frigidas recipiunt: immo neceſſe ẽ
vt actu ſint calide: quamuis frigide potẽtia exiſtant. ſicut ole
